



1. Korthold s. Christi Apotheosis papae, Kiloni 1690.
2. —— diff. de paradisi Evangelio, Wittenb. 1673
3. —— diff. de studio Petri ac paris, Kiloni 1680.
4. Kreuter s. phil. Dav. diff. ad Herba pauli Gal. III. v. 20. jen 1732
5. —— diff. de eo quod subline est ad defendendum Longinum contra Worthemensem interpres, jen 1734
6. —— diff. de sensu litterali promissi num Abrahame et semini ipsius, jen 1738.
7. v. Krackewitz s. A.B. Joach. s diff. de absolutione individuali Rostocki 1717.
8. —— diff. de conversione Gentium. Rostocki 1715.
9. —— diff. de Augustand confessioni dubiis epulantibus, Rostocki 1730.

- 10 v. Krackewitz f. Aet. Joach. / Erratum in
 veritatis quoad doctrinam de Illumina-
 tione, Gryphius 1729.
- 11 — programma an Impius et preze-
 ntu[m] filio G. scripture illuminatur dici queat,
 Rostock 1724.
- 12 Kriegel f. Abrah. / diff. de Annis ante orbis
 diluvium mortaliibus a Deo tributis
- 13 Luhny f. Christ. Gottfr. / diff. probans, Deo
 non coecam praedaudam esse Lipsia 1737.
- 14 Kromayer f. Frer. / diff. de aqua supra
 celestibus jene 1663.
- 15 Kunadi f. Aadt / de merito Iesu Christi
 Deinde propria. Wittenb. 1652.
- 16 — diff. de Ecclesie unitate Wittenb. 1655
- 17 Lautz f. petri / diff. de habitaculi obfessorum
 in sepulcris, jene 1740.
- 18 — Zeyt propylor ex Act. XI. v. 13 sic
 Deus Zystorum ante portas, jene 1739.
- 19 Lany f. Cas. Henr. / de immunitate Civi-
 Romanii a certis poenit, jene 1728.
- 20 Lanz f. Joach. / diff. de justa clementia
 mensura, Halle 1729 + et forma.
- 21 Lany f. Joh. Mich. / diff. de visione aposto-
 lica Scala Jacobae Altorfi 1724.
- 22 Lehmann f. Joh. Jac. / diff. de vera com-
 paratione rationis et fidei jene 1739.
- 23 Liebknecht f. Joh. G. / aduersio Christi
 ante aduersiōnem in celos nulla
 Gifte 1727.

Ex Liebknecht s. Joh. Georgij s. diff. de indul.
gentie Iudeorum paschali tempore

Giffa 1731.

25 ————— diff. de aurum purissime,

Giffa 1717.

26 ————— diff. de Symbolorum conceptu
Generalissimo, Giffa 1728

27 ————— Abba o patris sine de con-
pellatione fiducium filiali ac fiduciali

Giffa 1735.

28 ————— Aera nativitatis Christi genui-
na, Giffa 1735.

29 ————— diff. de Deo et attributis
divinis, Giffa 1736.

30 Liebmann s. Tur: articulus Augustana
ne confessionis XVII de Novissimi:
Rosdorchi 1710.

6

7

8

9

25

DISPUTATIO THEOLOGICA IN AVGVRALIS
DE
**A VRIVM
PR V R I G I N E,**

sive

MORBOSO DISCENTIVM IN ECCLESIA
STATV AC TEMPORE A PAVLO II TIM. IV. PRAEDICTO,
ET PRAESERTIM A
REFORMATIONE LVTHERI CONSPICVO,

quam,
Adsistente Diuina Gratia,

ex speciali SERENISSIMI Academiae Nutritii indultu

&
Maxime Venerabilis Ordinis Theologici consensu,

PRO LICENTIA,

consequendi,

P R A E S E S

IO. GEORG. LIEBKNECHT,

MATHEM. PROF. P. ORD. vt & ACADEM. LEOPOLDINO-
CAROLINO CAESAREAE COLLEGA,
& INCLYTAE LVDOVICIANAE.

RECTOR

SOLENNI ERUDITORVM DISQVISITIONI

ad diem xv. Nou. cto 1000 XVII.

propositus

RESPONDENTE

JOANNE STVCKIO, Marburgensi,
nunc Ecclesiae Wittelsbergensis Past.

Recusa & audita 1719.

GIESSAE, Apud VIDVAM I. R. VVLPI, & E. H. LAMMERS, Ac. Typ.

DISSEQUIATIONE AERIOLOGICAE IN TURNOVIA

DE

PRAESES
PRINCIPALIA
MUNICIPII

AERIOLOGIA TURNOVIA
1670
REFORMATIO AERIOLOGIA

DISSEQUIATIONE AERIOLOGICAE IN TURNOVIA

* * *



C O N S P E C T V S .

VOLVIT D E U S semper, ut omnes homines salvi fierent, etiam contra omnem diaboli astum, Numero i. vocavitque ideo sibi ecclesiam, variesque in hac ministros Num. ii, & hos inter Timotheum Num. iii. Quibus Spiritus S. opera certam fidei ac vitae normam praescripsit Num. iv. Huic statim se opposuit diaboli & hominum, nimis inueniendi & inclarescendi desiderio flagrantium, astus & lingua pruritus, tanquam morbus singularis Num. v. Ex hoc venit AVRIVM PRVRITVS Num. vi, cuius noteur grauitas Num. vii. quae ex remedii a Paulo præscriptis, cognoscitur Num. viii. ix. porro ex temporis futuri certitudine Num. x, qualitate Num. xi, duratione Num. xii. Postea consideratur morbi, tanquam chronici, interior constitutio Num. xiii, quoad doctrinam Christianam Num. xiv, & quidem integrum Num. xv, quoad diversa hominum genera & dona N. xvi. Exterior morbi constitutio sequitur N. xvii. eiusque ulterior progressus ad viuos docentum cumulos Num. xviii. & mortuos Nam. xix. His malis affecti dicuntur prurientes Num. xx. Morbi effectus, præferrim duxila & saltal curiositas. Num. xxi. garrulitas & iniqua exploratio aliorum morum, totius ecclesiae confusio vulgo das Schwärmen / separatismus, fanaticismus, atheismus Num. xxii. Quare ob tot pessimorum morbi effectuum granitatem Paulus densio vigilare iubet suum Timotheum, tanquam fidem medicum Num. xxiii. Exinde certae obseruantur conclusiones, prurientibus oppositae Num. xxiv, maxime a reformationis Lutheranae tempore Num. xxv. e. g. illis, qui immediatas reuelationes hodienum iustitat, solamque verbi sui interni vim praecessunt Num. xxvi, quibus negatiue respondunt Num. xxvii. Porro an plebeii & inerter admittendi sint ad concionandi munus? Num. xxix. quibus opponuntur argumenta Num. xx x. xxx. An tolerandi sint tales in Ecclesia moderna, quibus aures prurunt? Num. xxxi. Quid cum istorum libris faciendum? Num. xxxii. An meliorum temporum iuxta nostrum vaticinum Paulinum spes militanti ecclesiae restet? Num. xxxiii.

A TRACTA-

TRACTATIC.



LACVIT DEO, eiusdemque infinita gracie in terris convocare Ecclesiam Esa. XLIII. 1. & in hac omnes, ut vnius corporis IESV CHRISTI membra sint Rom. XII. 5. efficaciter voluit. Ex adverso ille infernalis hostis voluntatem hanc Dei variè turbare, miseros arte sua fallere, secumq; in orcum trahere, quam maxime studuit. Exempla nobis sunt prima inde à servatoris nostri IESV CHRISTI aduentu in terram secula; quorum frequens & curatior euolutio ut nos in quacunque cognitione theologica eruditissime doctos reddit, ita & continuas vafrissimus & mendacissimi Spiritus technas monstrat. Hic enim cruentis ultraque modum horrendis periculis omnem vndique mouit Ecclesiam, & quod periculosisimum, eandem tot inique sentientium doctrinis moribusque, ad infinita prauas species compositis, saepissime permouit, nec ad mortis legem infernumque amplandum, ullum quicquam intentatum & inausum reliquit. Sic vbi valuit (a) hostis, nunquam non voluit; non tamen potuit, vbi Deus noluit. Noluit enim Deus ullum perire II. Petr. III. 9. sed, ut omnes ad resipiscientiam tendant, Ezech. XVIII. 23. I. Tim. II. 4. & aliquando, ecce membra in vicem in his terris Rom. XII. 5. I. Cor. VI. 15. corporis Christi Eph. IV. 12. c. V. 30. cum ipso in aeternitatem omnem vivant, efficacissime voluit.

II. Ex

a). Luth. in Psal. 118. Es ist des Teufels Handwerk / und hat's über 5000. Jahr getrieben / und kann über einen Meister wohl. 20.

) ; ()

ii. Ex eodem gratiae tenore, & quia tantus semper fuit satanicus astus, tantaque vocatorum imbecillitas, Deus insuper voluit, ut in Ecclesia alii doceant, & alii semper discant, sicutque ita omnes coram Deo pares, prout quidem Ecclesia principaliter est societas fidei & Spiritus Sancti in cordibus; quæ tamen habeat externas notas, ut agnoscit possit, videlicet puram evangelii doctrinam, & administracionem sacramentorum, consentaneam evangelio Christi a). Hinc & nos inter nos, ut Catechismus major loquitur, hoc dispari & ordinato discrimine non possumus non discrepare. b) Et ideo CHRISTVS IESVS seipsum docentium omnium & dissentientium primum omnibus fitit Doctorem, ut his esset omnia c); voluntati etiam ac voti patris omni tempore Ioh. viii. 29, factus obediens Ioh. xii. 49. nihil omisit, sed omnes ad ecclesiam ipse vocauit Matth. xi. 28. inque hac nonnullos ministros constituit, quos in omnem postea orbem misit. Non autem, quod probe notandum, inter primos misit ullum, nisi quem antea vocauerat & instituerat ipse; ne hi forte propria autoritate a patre accepta la p̄cipuerat Ioh. xvii. 8, proponerent, aut fingerent alia dogmata: potius, ut illa, a Christo accepta, alios docerent, ita voluit d).

A 2

Ex

- a) Form. Concord. p. 144. conf. D. BREITHAVPT in Dissert. de formâ sanorum verborum aph. xxviii. p. 47.
- b) In Form. Concord. 430.
- c) Sic D. AMBROSIUS loquitur, & egregie docet Tom. i. oper. II. bro 111. fol. m. 100.
- d) Ioh. xx 21. Christus dicit: Καθὼς ἀπεσαλέψει με ὁ πατὴς καγκάπηστον, scil. ut eandem voluntatem Patris num 1. adnuncieris hominibus. Hinc bene CHEMNITIUS in Conc. Trident. examine Tom. i. pag. m. 41. dicit: quando propriè loqui volumus, inter doctrinam Christi & Apostolorum nulla est differentia conf. Ioh. xvi. 13.

Ex qua etiam causa PAVLVS functionem suam Act. xx. 24. vocat ministerium, quod accepit a Domino IESU, ad testificandum Euangelium gratiae DEI. Hos porro gratiae ministros, propter mortem Domini confernatos, postea SPIRITVS SANCTI effusione, singulari modo facta, erectos, confirmatos & dein linguarum dono ornatos Act. II. & cap. IX. 17, quasi ad eandem propagandam gratiam aptiores legimus. Quibus modis factum est, ut gentes maxime diffitiae, maximoque alias odio invicem pugnantes, in voluntate hac diuina & doctrina conuenire & acquiescere possent quam optime, acceptis semper ex Domini, qui priores miserat, summa in celo & in terra potestate Matth. XXVIII. 18. 19. nouis ministris.

III. Fuit autem inter primos Pauli *discipulos*, quos ita Christus per τὸ μαθητεῖον facere, siue pari vocationis & verbi virtute firmare, iussit, TIMOTHEVS patre graco & matre Iudea, ob sinceram fidem: vna cum auia commendatissima II. Tim. I, 5. natus, Act. XVI, 1. Quem γνήσιον τέλον ἐπίσης, Paulus dictum I. Tim. I, 2. a puero *sacras literas* didicisse II. Tim. III, 15. & ab hoc proper ingenii vim ac fidem eximiam Act. XVI, 2. electum non solum peregrinationum comitem fuisse, sed ipsum quoque legationes obiisse plures Rom. XVI, 21. liberatum evinculis Hebr. XIII, 23. & si EUSEBIO fides, Ephesi a) constitutum episcopum scimus. Vtrum vero Iohanni successerit, ut Metaphrastes refert, an ex Pontificiorum mente Archiepiscopus primus omnium Asiae minoris factus sit? id non adeo liquet b). Intera Apostolus, Deo iam libandus II. Tim.

a) In Histor. Eccles. libro III. 4. add. CHRYSOST. THEOPHYL. & alii. & conf. Cl. Dn. D. FABRICII Codex Apocryphus in Apostolica Histor. cap V. p. m. 534.

b) Conf. GROTIUS in Prolegom. Epist. I. ad Timoth.

ii. Tim. iv, 6. more fidelis Euangelii *praeconis* cap. i, ii. *Pasto-*
ris ad exemplum ἀπόστολον τέκνον epistola hac secunda, quoad voca-
tionem cap. i, 6. & *magadōteis* ii. Thesf. ii, 15. quas edocti fuerunt
discipuli ἐπίσκοποι, ἐπίσκοποι *Apostolorum*, non solum
confirmat, sed ut futuros etiam in ministerio *πρεσβύτεροι* con-
firmare posset, suo exemplo & humana sic efflagi-
tante necessitate suadet; & hi porro ut dogmata illa, quae
aceperint, suis denuo succedentibus tradere, hos perac-
que in suo tempore Euangelii officio confirmare valeant,
nouissime b), efficacissime iuber.

iv. Huic ita diuinatus concessio verbo num. i. *SPIRITVS S.*
accessit in praedicando hoc & in officio ipso administrando
opera, & directrix c) vis, non quidem *externa*, quam
haud amplius Deus in Apostolis, post primam effusionem
num. ii, nec in Timotheo e jusdemque successoribus deside-
ravit, sieque talem tacendo noluit, sed *interna* δυνατεστάτης.

A 3:

a) Nouissimam omnium cygnæamque cantionem quasi hanc esse
ex veteribus insuper docent *Eusebius, Chrysostomus, Theodo-*
rini Actus, Hieronymus & alii.

b) Ideo non scite minus; quam pie dicit *Lutherus*, in tribus di-
cendi artibus sacrosanctæ Trinitatis personas tres (ceu alibi
loquuntur ven. Giesenses nostri Theologi in Disp. Tom. 111.
pag. 60. & 66. m.) possit comotari ita: Der Vatter ist
in göttlichen Dingen und Sachen die Grammatica; denn er
gibt die Wort (τὸ παρανομ. i.) Daraus gute/feine/reine
Wort/ so man reden soll / siessen. Der Sohn ist Dia-
lectica; denn er gibt die Disposition, wie man ein Ding sein
ordentlich nach einander setzen soll / das es gewiss schliesse /
und aufeinander folge num. 11.). Der H. Geist aber ist die
Rhetorica der Redner / so es sein fürträgt / bläset und trei-
bet / macht lebendig und krafftig / das es nachdrückt / und
die Herzen einnimmt. 2c. In Coll. mens. fol. m. 37. a.

αγάπης γε σωφροσύνης c. I, 7. Nec ipse Spiritus S. ἀφέατε Ioh. XVI, 13. quae etiam cunque loquebatur; verum quae Christus ex patris voluntate locutus erat, protenus loquebatur, ea que cuncta in memoriam reuocare Ioh. XIV, 26. debebat. Succrescente cum diebus discentium numero, insimul dia-boli astus in plusquam technarum myriades excreuit: unde necesse fuit, ut complures constituerentur doctores, hisque Timotheo ipſi ὑποτύπωσις γειανόταν λόγων, cap. I, 13. quae vbiuis cum Mose & Prophetis conueniat, praescriberetur ab Apo-stolo. Hanc Petrus a) vocat προφετείαν γραφήν, i.e. omnem voluntatem Dei futuro ministro scitu necessariam Ioh. XVI, 13. Prophetarum clime, vel ipso Christi ore coelitus prola-tam, firmatam, & deinceps hac Spiritus S. opera in Apo-stolorum cordibus confirmatam, verbis prolatam atque li-teris consignatam; quae ideo non sit θεός ἐπινόμενος. Per eandem Spiritus S. operam vinculum caritatis consistere, & Christianorum communio erigi debebat, quae mater sit, quemlibet christianum parturiens, ac alens per verbum, quod Spiritus S. retielat & praedicat, & per quod pectora illuminat, & accendit, ut verbum accipiant, amplectan-tur, illi adhaerescant, inque eo perseverent. b) Vnde & sancta Christianitas vocatur ibi, eine heilige Christen-heit. c)

v. Hanc insuper ὑποτύπωσιν Paulus Timotheo suo veluti παρακαταθήκην καλῶν, a Domino acceptam, cap. I, 14. eo magis commendat, quod illam iam suo tempore auersati erant in Asia c. I, 15. omnes, & hos inter Phygellus & Hermoge-nes, non ex infima sorte Christianitatis, adhuc tunc exiguae, membra

a) II. Epist. I 20. 21.

b) Catech. mai. Luth. p. 497°

c) pag. 499.

membra a) quae a sanis & simplicibus verbis ad noua ac peregrina videbat remota. Sciebat enim spiritus vafer hominibus inesse quoddam nouitatis lenocinium b) & inclarescendi quandam voluptatem, que non inconcinne a ΣΥΡΙΔΑ ὁρέσις ἀλογῷ vocatur, & quea juxta CYRILLVM in hominibus residet, quasi ἐμφύτῳ, ἐν αὐτοῖς ἐφζουμένη, ἐμέτερα τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίᾳ, eaque in illis major, qui clariores alii in officio constituti, videntur. Hinc nova hac, vtut in paradiſo olim felicissime adhibita arte, innouationis puta, voluptariorum desideriis maxime ab blandiente, minusque primo obtutu pericolosa, diabolus exercere coepit nouos Ecclesiae ministros; praesertim cum antiqua illa veritatis dogmata num. III. sub simplici illis & exigua adparebant specie, nec non istorum primi statores prope omnes ex plebe erant; quos tamen tanto maiores aestimare opōrtuisset quo certius illos ab ipso doctore summo eruditos fuisse num. II. diximus: quo circa haec diabolus dispiciendo, impulit nouos, vt illa quasi vulgaria, incerta & minus sufficientia salutis media, per aeque despiciant. Suppeditauit mille artifex ratiocinia vel ab externo cultu & profanis rebus vnde cunque petita, vel noua dogmata conquisiuit, magis speciosa, vel nolens volens laudauit antiquitus latas sacratissimas doctrinas; ast nimium dilaudando illa non tam infatuata prauis opinionibus consuetudine deprauauit, quam variis coloribus, veluti melioribus, facilioribus, perfectioribus prōque salute & temporali & aeterna obtainenda tu-

tioribus,

a) Si illa praesertim valent cl. HILLERI in ספראשנות, HERMΟ-GENEM nempe concisius dici HERMAN ROM. XVI, 14. conf. ibi v.7 Vide etiam quae ex Metaphraste, TERTULLIANO &c. de hominibus istis recentent IUSTINIANVS in Codim. L. I. CORNELIVS a LAPIDE ibid. num. 56.

b) Plin. lib. II. Epist. 19. p. m. 142.

tioribus, atque ad externam speciem magis ornatis, magis
pius a), delusit. His igitur nouiter sentiendi, innouandi,
emendandi studiis docentes aequae ac discentes a limpido
veritatis fonte abstrahi possè in Hymenaeo & Phileto, ho-
minibus rerum ac verborum itanium cupidis, demonstrat
Apostolus; quorum exemplum τὸς θεοφύλας κενοφύλας b) de
mortuorum resurrectione cohibendas esse iubet. Ratio-
nem addit c. II, 17: hominum istorum λόγοι, siue verbis siue
scriptis prolatū, veluti linguae pruritum, repere vterius, & ad
maiorem c) semper impietatem procedere, propriumque
damnum cadaverosae partis cuiusdam in corpore corru-
ptelae cum foetoris, nigredinis, & mortificationis initio
coniunctae, nempe gangraenae adsimulat. Quemadmo-
gum enim inquietum hoc morbi genus non in uno haeret
corporis articulo d): sed reliquos etiam corruptit, & de-
pascit,

- a) Bene Eraſmus in argumēto huius Epistolæ dicit; *In ſtare tem-
pora pericula ſa ob quosdam, pietatis praetextu veram pietatem
ſubuerentes, itaque ſeſe, jactanter, quaſi in verbis ſit Chriſtiana
Religio, ac non potius in animi puritate.* Spectant hic tot
primas Eccleſiae querelac Conf. LACTANT. vs in Instit. di-
uin. libr. II. & alii. Imo optime more ſuo LUTHERVS in
aureo Comment. Epift. ad Gal. c. I, 6. hanc rem docet.
- b) Hinc & Chrysotomus & alii legunt κανκρίας conf. doctiſſi-
muſ lo. M II. vs in variantibus lectionibus
- c) Paulus ideo dicit de hominibus iſtis c. II, 16. ἵππη τλεῖον πρωτόχοστον
ἀτεβεῖαι; quam phrasin non ſine cauſa, repetit c. ſequenti
verſ 9. & tandem v. 13. hujus emphasiſ ipſe explicat dicendo,
malos eiusmodi homines & ſeductores procedere ἵππη τλεῖον,
ſeduccendo nimirum alios, dum ſeducti ſint ipſi.
- d) Prout quidem *cancrum, carcinoma* ſive *cancer* ſolet, vt bene
obſeruat FR. DLIB. VS in Theol. Exegetica tom II, fol. m.
6. 4.

pascit, quasi vermiculis, sicuti in scabierum malo a), infinite multis scatens, quos etiam medici b) oculatores hodie microscopiorum ope obseruant, imo aliorum hominum membrana inficit: ita hic *linguae pruritus* Christianitatis ministris, desideriis ejusmodi flagrantibus, non solum inhaeret, inque istorum animis manens, & linguam & otiosas manus inuadit, sed insuper lento periculosisiorique progressu omnes, qui audiunt, aut verminosa scripta legunt, incendiua similis pruritus lue inficit & emortuos reddit. Referuntur haec talia non immerito inter *reverendissimorum* iuueniles cupiditates c): quia talismodi aetas facilius ita afficitur, ut luxuriante quadam dicendi genere in ipsum inclarescendi desiderium clamoribus suis & flosculis luxuriet d). Etiam recte referuntur ad *concupiscentias carnales* e): quas fugere iubet Paulus Timotheum, non quidem ut res nouas, quarum vera cura omnino iuuenes decet & ornat, ceu id ipsum lenensis Polyhistor Ioh. ANDREAS BOSIVS f) plu- ribus

- a) Conf. PETRI BORELLI obseruationum microscopic. centuria
observ. XXXI I. p. m. 21.

b) Sic enim in obseruat. Medico-Physicis C. FRANC. PAVILLINI
Cent. I. p. 38. legitur de pede quodam gangraenoſo vnde
abſciflo, ſupra & infra. minutissimis vermiculis ſcatente; cui hi-
ſtoriae additur, ita recte docuſſe. Kircherum: si cauſam ferrent Me-
diac ac Chirurgi, forſan congruis remedis tanto malo facile
ſuccurrere poſſent. Talia exempla & rationes istorum ipſe ex
ore Ill. G W. WEDELI percepit in Collegiis ſuis, quac fre-
quentare olim licuit.

c) Quas CLAVDVS SALMASTVS ad res nouas, iſtarumque cupidita-
tates nimias refert in adparatu ad lib. de prim. Papae.

d) QUINTILIANVS II. instit. orat. cap. I.

e) Ita CORNELIUS A. ap. ſentit & B. HÜLSEMANNVS in Breviar.

f) In doctiſſima Diſſert. peculiari ad h. l. vbi contra SALMASTVM
& alios oſtendit, cupiditates iuueniles ideo non ad res nouas
elle referandas, edita Ienae CICLOPS III.

ribus jam olim commonstrauit. Ecquis igitur periculissima inde ecclesiae symptomata non praesumat? hoc praesertim tam gangrenoso & scribacissimo seculo, si ita vocare liceat, quo suos quisque vermes vrentes emittere audet.

vi. Est autem inter συμπτύματα a) praecipue notanda κεταρροφή τῶν ἀκεύστων subuersio audientiam, vt Paulus vocat c. II, 14. eaque semper maior & periculosior, quotiescumque in maioriis verbis diuini ministris hic linguae pruritus maiori adparet specie. Sic enim non minori vi valet, auditorum aures ferit; quae dein maximo istorum impetu animos vrget atque corpora, vt audientes, accedente mox proprio curiositatis lenocinio num. v, quasi oestro perciti, cuncta priora & saluberrima dogmata respuant, & cum ipsis docentibus, lingua prurientibus, in peius semper ruant, imo que mala cunque libentius patientur, quam vt haec talia noua dogmata remittant. De istoc malo caput iv. agit, vti quidem BEDA b) non inconcinne sentit. Et licet

a) Dicuntur Symptoma GALENO alias affectus praeter naturam, qui morbum, veluti umbra corpori, sequuntur. Suntque vel morbi ipsi, a morbo orti, vel morborum causa a morbis natae vel Symptomata simplicia conf. BLANCARD in Lexic. p.m. 314.

b) Ad h. l. fol. 735. Siquidem id ipsum nonsolum ex integro Epistolae nexu patet, sed maxime etiam ex nostro Cap. IV. quod vaticinationem refert, perinde vt caput precedens. Hinc Apostolus denuo vers. 1 grauem exhortationem moeat, mox v. 2. breuem, sed efficacissimum ad instans vaticinii tempus dat docentibus praedicandi modum, & vers. 3. vaticinum ipsum quoad discentes addit tanquam postremae exhortationis causam & nam isti 1) sanam doctrinam, praedicit, non tolerabunt 2) sibi ipsi coacerubunt Doctores, κυνθόμενοι i. e. vel alieno prurit commoti, vel ipso, qui audire debebant sanam doctrinam, pruriens, yndique inquieti existent.

inter veteres ille haud incelebris SEDVLIVS Scotus Hyberniensis (qui circa an. cccc xxx. vixit , interque alia doctissima scripta in omnes epistolas Pauli collectaneum reliquit) ad h. l. fol. m. 97. a. per prurientes intelligat doctores placentes auribus auditorum : mox tamen ipse mutat suam sententiam addens , prurientes auribus ipsos esse auditores , auribus considerantes . Pruritus enim est incendium carnis , sine effusione sanguinis vel seminis , sic verbum haereticorum sollicitat aures audientium sine veritate praedicationis . Heic enim ab Apostolo per vaticinii modum indicatur τῆς ἀνοίκησιούς aurium pruritus , vt THEODORETVS vocat a) . Malum sane priori illo num. v. vnde originem sumvit , haud minus , praesertim quoad grauissimos effectus . Exemplum habemus in Absalom Dauidis filio , qui se auribus & animo debebat obsequentem exhibere patri , verum ex tali innouandi pruritu tantum ex merito reportabat damnnum b) . Et licet vitium hoc ἡδονή τινα , voluptatem quandam operari videatur c) ; tamen omnes hoc morbo caderero , qui diaboli ope num. II. verminosus facit aures d) , laborant καρδίου τὴν ἀνοίκητην ab Apostolo in genere vocantur , metaphora a scabiei prurigine desumpta . Ecquis vero pruriginem , scabiei speciem , ignorat ? & miseram prurientium voluptatem non vidit ? Quis adeo rudis est , vt istam a vitiosis particulis , in cute retentis , esse inficiatur & post eam statim ipsos in prurientibus dolores non obseruauerit ? Re-

B 2

Cte

a) In hunc loc. fol. m. 504.

b) II. Sam. xv, 2.

c) Hinc a THROPHYL. p. 828. talivitio laborantes vocantur τερπόμεναι τὴν ἀνοίκητην & γαστραλγόμεναι , καὶ αἱ ἐπιθυμεῖτες τὰ πέριοδα καρδίαν ἀνείνεν . Quibuscum egregie convenit OECVMENIVS pag. 780. HESYCHIUS & CHRYSOSTOMVS Homil. IX. in Epist. nostr.

P 371.

d) Liceat ita mihi aures tales cum Plinio vocare lib. XX, c. 14.

Cte ideo quis dicat cum Philosopho: quemadmodum iucundum & volupe est scabiem scabere, id quod postea tetros ciet odores & dolores; sic istoc vitium, seu ipsa curiositatis nimiae voluptas auribus grata est, at multum habet felis & aloës. Ut modo varias atque foetidas pruriginis species a) ob solam foeditatem iam taceamus, & modo tituli Dissertationis rationem habeamus; libet potius heic morbi grauitatem, tempus, morbum ipsum & effectus varios, qui audientes in ecclesia vrgent, indeque formandas quasdam conclusiones considerare.

vii. Quod gravitatem attinet, patet haec statim ex ipso vaticinii exordio, quo diuino spiritu induitus Apostolus discipulum suum maximis verborum obtestationumque ponderibus adhortatur, optime sciens, quam pericolosum sit futurum hoc vitium ecclesiae; vt reliqua ob loci angustiam praetereamus. Incipit a particula *igitur*; & dicere vult, nisi isthaec iuxta nonnullos codices abesse potest b) his diuino spiritu praedictis, ita stantibus *diaphaenias*. Id est *ego*, quem Deus scit optime, & quem tu, o Timothee, scire potes ac debes, etiam atque etiam, *semel pro semper*, vt HIERONYMVS vult, *obtestor te per vniuersa*, quae credit religio Christiana. Quae sane obtestatio maximam iuramenti vim habet, perinde vt illa cap. II, 14. I. Tim. V. 21. Hinc apud profanos scriptores magna cum emphasi adhibetur vocabulum hoc, & a DEMOSTHENE cum *βοῶ* coniungitur. Ut vero testatior fiat obtestatio addit: *coram Deo & Domino Iesu Christo*, tanquam Iudice, certissime futuro, *obtestor te*. Ac si dicat, illum, qui poenas aliquando exacturus est, testem facio, me neque hoc futurum celari.

a) Conf. GABRIELI HUMELBERGII, Medici ad Q. SERENI SAMMONICI Commentarium c. VI. p. m. 37. seq.
b) Conf. doctiss. IO. MILLIVS ad h. l.

uerim malum, nec te aliosue immemores istius esse voluerim. Ad quae obtestandi verba, & terribilem conuocandi omnes ecclesiae Doctores vna cum Timotheo ad ipsum Christi tribunal formulam, merito quis cum B.¹ AVGUSTINO a) exclamat : quis sub tanta testificatione segnis esse audeat !

VIII. Ne vero Timotheus instantis mali grauitate & sola ejusdem recensione terreatur, P^{aul}us, diuinae gratiae, dispensator, insimul id facit, quod boni M^{edici} solent b), ut ante irruentem eiusmodi grauissimum morbum ^{yvno ior} τέκνον circumspete instituat, quo deinceps modo se atque suos ab illo seruare & praeseruare queat, & vt hi porro haec remedia alios doceant ex suo, & communis omnium praeceptoris num. II. exemplo. Primum igitur dicit: οὐχι εἰς πραεδίκα, vel potius πραεδίκαντο περὶ της ἀνομίας καὶ τῆς σπατιώτης cap. II. 3. perpetuo & tali modo, quali ^{καὶ} οὐχι εἰς πραεδίκοντας βασιλεῖας optimus maximus IESVS CHRISTVS Matth. IV, 23. & Ioannes Marc. I, 14. praeiuit, nulli studio externo, operae, valetudini aut vitae ipsi parcens. Quare & praeedicare iubet τὸν λόγον c) num. IV seu Euangelium, vt vocatur Col. 1, 5. quemadmodum alibi iubentur Apostoli, vt prae dicent, ita in vniuersum orbem missi Marc. XVI, 15.

B 3

que

- a) Libro I. contra Cresc. cap. VI.
- b) Qui HIPPOCRATEM, praeceptorem suum communem sequuntur, ita prouide ac scite praecipientem, lib. II. Aph xxix, αἴγαθοπτευτὴ τῶν νοσῶν, ἢ τι δύσκη· κινήση; νίση; αἱματίζσων δὲ, ἢ οὐχίν τέχναν βασιλίου ἐστιν. Incipientibus morbis vt in principio vniuersali, si quid mouendum videtur, si expedit, mox evacua vel per sanguinis missionem, vel per purgationem reuelle : vi gentibus, in ipso vigore morbi & statu quietescere, & a remedio abstinere, multo praefat &c.
- c) Vt codex ille habet, quem Stephanus produxit, quemque multum laudauit cl. MILLIVS in proleg. 118.

que hoc filium Dei iisdem signis, quae externo praedicandi modo conueniunt, & enuncient *omni creaturae*; ubi peraeque conueniat talis praedicandi modus, qualem omnes percipere & intelligere valeant. In hac itaque praedicatione remedium primum ponit gentium doctor; id quod in suo & ipsius archiatri IESV CHRISTI exemplo expertus erat optimum. Est autem boni Medici, vt medicamina non solum porrigit, sed eadem etiam, vt provide continuet, necesse est quam maxime; quare porro addit, *in singulis insta*, o Timothee! loquere cum instantia & immoratione *non semel sed semper & commode*, ceubene addit laudatus „**SEDVIVS** l. c. Multi enim dicit **BEDA** a) postea cogitantes „quae audierint, & quam iuste audierint ipsi grauius & se- „uerius arguerunt; & quamvis perturbatores a medico vi- „derentur abscedere, paulatim verbi vigore in medullas „penetrante, sanati sunt. Quod non fieret, si semper ex- „spectaremus periclitantem, putrescentibus membris quan- „do cum liberet vri aut secari, quod non ipsi corporis me- „dici attendunt, qui terrenae mercedis intuitu curant. Hinc & instantiam hanc esse vult *in vicissim tempellive*, quantum ad auditores beneulos attinet, & *in aliis*, quantum ad acciosos, vt bene monet ex **DIONYSIO** ille **NOVALINVS** b) qui stimulatione semper & impulsione quadam indigent, qui- bus molestum est verbum Dei audire, vnde & importune agere videtur qui monet; sed tum bene opportune & discrete agit, qui continuo instat. Videtur etiam Paulus illud *τῷ καὶ διλέπειν* Rom. XII, II. vti quidem non nulli heic legunt, commendasse, vel saltem Timotheum suum admonuisse, vt sit *ἐξαγοράζειν τὸ καὶ* Eph. V, 16. i. e. *omni*

a) ad h. l. fol. m. 753.

b) in Paulo suo expeno Venetiis edito in folio. Sunt etiam quæ proverbialiter exponunt haec cum FR. DLIB. O l. c.

omni studio & pretio quasi opportunam quae sitet occasio-
nem, metaphora desumpta a mercatoribus, qui emendi-
vendendive occasionses, hominumque tunc semper indoles
ac statum probe obseruant, nullo habito ad commodi-
tates corporis varias respectu. In tali igitur cura & vigi-
lantia semper debent versari veri doctores, eo que respicere,
ut diligentia non minus quam opportunitas etiam honestisque
verborum obsequiis, praesertim in ipso pruritus aestu, pru-
rientiumque affectuum vigore, sanis ecclesiae membris
adsint, ne ex villo neglectu aut vsu istorum minus pru-
denti, maiora vnguam eueniant mala c). Nam in i-
psa temporis, loci, hominumque conditionis obserua-
tione multum alibi curae oportet adhiberi juxta Poetam
PALINGENIVM in Zod. dicentem: *Temporis & loci
proinde est seruanda hominemque conditio semper, ne quid
te laedere possit* Hinc & Apostolus Eph. v. immediate v. 17.
non vult, Ephesinos esse imprudentes, sed intelligentes
nampe in cognoscenda Dei voluntate; quales fere in ar-
te sua olim Nebucadnezar praelumebat Astrologos Dan. ii.
vers. 9. Ubi itidem a LXX. interpri. ἔξαρχοι τοῦ νεροῦ ad-
hibetur, quasi astrologi ideo tempus trahent, donec tem-
pestas affectuum in rege sedetur, & interuenientibus negotiis
aliis mutetur ejus animus. Tertia praeseruatoria indicatio
est, ἔλεγον argue, siue, vt nexus cum prioribus suadet, no-
uas, vagabundas, & a salutaris doctrinae regula receden-
tes sententias prius praesertim, quam ad aliorum aures per-
uenerint, inque istorum animis radices egerint, cohibe, de-
bitisque argumentis conuince. Nam si absque tali conui-
ctione increpabis, temerarius videberis, nullusque te perfec-
ret, inquit CHRISOSTOMVS; imprudentior ille dein fiet &
durior, quem argues.

ix. Quod

IX. Quod porro suadet Paulus, est, ἐπιτίμουσον οἰνούργα; postquam nempe argueris & demonstraueris, vult dicere, eum deliquisse, tunc increpationem cap. III, 16. adhibe. Vbi bene monet BASILIVS a), permisisse Apostolum *increpationem*, ast nunquam *opprobrium*, id quod fraternae correctioni sit contrarium. Tandem addit: παρανάεοντος *abortare, consolare;* increpatio enim similis videtur sectioni, censolatio vero, dicit THEOPHYLACTVS, pharmaco suavi. Consolationis ergo pharmacum appone, vt ne sola sectio dolores vehementiores faciens, ad desperationem praecipiter. Insuper requiritur, μαργαρίτης *longanimitas*, optimum illud & vniuersale donum, quod ministros Ecclesiae quammaxime decet, iuuat, & ad praedictas indicationes omnes spectat. Vnde denuo vult iam laudatus, vt docens suos increpet longanimitate, nee tanquam hostibus poenam irroget aut infligat, sed veluti filiis institutionem det, & semper eos doceat. Consolatio autem maxime opus habet longanimitate, nec vulgari, sed *omni*, quae omnibus modis demonstretur, operibus, verbis, habitu & gestu. Eadem porro curationes circumspete referri debent ad diuersas personas, tempora, loca, vt PROSPER innuit, b) dicens: *argue coaequales, obsecra seniores, increpationes cum omni patientia & doctrina;* quia leuiter castigatus exhibet reuerentiam castiganti, asperitate autem nimiae increpationis offensus, nec increpationem accipit, nec salutem. Praetereunda quoque hoc loco non est quorundam lectio, quae τροφή παντας *alacritatem promptitudinem* habet.c).

Nam

a) In Psal. XIV. ad isthaec Pauli verba.

b) Libro II. de vita contemplativa C. V.

c) Conf. codex MS. membran. ex oriente adductus &c scriptus

cis lxxxvii. quem doctissimus MULL usvalde laudat in proleg. fol. 164.

Nam, si vllibi, heic tane in eiusmodi, vel in ylla malorum istorum suspicione quam maxime locum habet illud, *in tempore venire optimum*: praesertim cum prurientibus nihil magis cordi sit, quam ut tempori bene inservire discant. Et sicuti in genere ex hac institutione sat constat, Deum non amplius voluisse *immediatam* ad ministerium vocacionem *num. III.* sed *mediatam*, ut homo ab homine vocatus sit: ita & homo ut hominem doceat Spiritus S. accidente opera, necesse est, si modo recte se habeat illa vocatio ad voluntatem Dei directa, *num. II.* idq; non solum respectu *vocati*, sed maxime *vocantis*. Hic n. probe dispiciat cuinam tradat arduum hocce docendi munus, optimum in hac terra depositum, ubiuis Spiritus S. praesentia obsignatum *num. IV.* ne olim ecclesiam cum B. GREGORIO ^{a)} conqueri ita oporteat: *mundus totus sacerdotibus plenus est*, sed tamen iei messe Dei rarus valde inuenitur operator: *qua officium quidem sacerdotale suscipimus, sed opus officii non implemus.*

x. Porro Spiritus S. Paulum, & istius ope Timotheum, omnesque futuros ministros ad morbum ipsum *num. VI.* indicatum, aurium nempe pruritum deducit, eumque per vaticinii modum ob oculos sistit dicens: ἐσαι γαγ καρκίτης εριτ enim tempus, moxque *vers. 6.* instantem suam mortem indicat. Est igitur id ipsum quasi *ultimo* Apostoli vale, puo χαριτου τε Θεος in Timotheo cap. i. 6, reluscitare & pleniori Spiritu, ut illi solent, qui morti viciniores sunt, gravitatem mali & salutem ecclesiae commendare voluit, addens simul tot praefruatoriarum suarum indicationum causam. Evidem particula γαγ καρκίτης alibi & *explanatio* est, sed hic potius *adseuerativa*, idem significans, ac *professio* ceu *Act. XVI. 37.* ut sensus sit: *erit certe profecto tem-*

C

pus;

^{a)} Hom. xvii, in Euang.

pus; ideo peraeque tibi, o Timothee erit necesse, ut praedicta remedia curatius praeferues & obserues. Eundem etiam nexum HVG Cardinalis innuit ^{a)}, quo Paulus procul dubio in memoriam reuocat illud Christi Matth. xxiv, 24. 25. ἡ προείρεμα ἡπαν, vbi de Pseudo - Christorum & Pleudo-Prophetarum linguis prurientibus, de signis istorum & miraculis falsis loquitur, & id, quod ipse de lupis, post abitum suum ingressuris nec parcentibus gregi, praedixit Act. xx. 29. indicat. Ut autem eiusmodi luporum impetus, furores, immanesque clamores *num.* v. multorum fidem jam tunc subuerterant; nondum tamen id aeq; malum omnium peruerferat dissentium aures; &c, si vel hoc, nihilominus dicit Paulus *tsai futurum est.* Gall. *vn temps viandra.* Angl. *fort the time will come, tempus veniet, putadenum post meum abitum, quo, accensis denuo in me meaq; diuino iussu publice proposita dogmata b)* inimicorum odiis, *erit, non incipiet solum, sed esse & regnare continuabit malum inevitabile.* Solet alias in humanis rebus hostium lior atque odium cum ipsa bonorum morte emori & prorsus deficere iuxta Poetam

Pascitur in viuis lior; post fata quescit;
verum hic absolute positus, post abitum & obitum veritatis diuinae statorum pascendo & depascendo, vti gangraena fiet maior ^{b)}. Hinc & supra laudatus ANSHELMVS quando impensius considerat, cur tanta instantia Paulus Timotheum iusserit praedicare: mox sibi ipsi respondet: quia *erit tempus.* Erit nempe certo aliquando tempus, in quo veritatis praedicatio non suscipietur, sed tanquam onus grave reiicietur; quare ille, vt haic festinanti temporis praeuiatur toties suum Timotheum, tantisque verborum quasi ponderibus monet.

xi.

^{a)} In comment. ad h. l. ^{b)} Qu. xxxv. p. 66.

xi. Tempus ipsum h. l. dictum καιρός, quid sit CAESARIUS
 a) dicit: ἔτερον μὲν χρόνος, ἔτερον δὲ καιρός. τὸ μὲν γάρ μήκες οὐ πάσχει
 σημαντικόν, τὸ δὲ ἐκπαγίας. εἰ γάρ Φασὶν, χρόνος ἐπέση αἱμάτε οὐ τρυγῆται.
 οὐλὰ καιρός, εἰδὲ χρόνος γῆματα τῶν νεών, οὐλὰ καιρός: h. c. aliud
 quid χρόνος, aliud vero καιρός. Illud namque spatiū, hoc
 vero opportunitatem denotat. Non enim dicimus χρόνος
 in statu messis vel vindemiae sed καιρός, neque dicimus χρόνος
 est ducenti pueri, sed καιρός. Et OLYMPIODORVS b)
 δι μὲν χρόνος καὶ καιρὸς ἔται δύοτα. δὲ καιρός εἰ χρόνος. Evidē
 suprā diximus num. ix. prurientes temporis inseruendi ra-
 tionem quam optime didicisse: hinc saltem monuisse hic
 iuuabit, non ipsum tempus s. αἰρθεὶς πινήσως κατὰ τὸ πεθερον
 καὶ ὑστέρον c) ab Apostolo notari, tanquam rem, in se inno-
 centem, ac bonam, ut sunt omnes creaturae 1. Tim. iv. 4. di-
 cūnitus adornaτae, sed temporis statum, rationem, modum
 cuiusvis rei, de qua sermo est, naturae & genio eius conue-
 nientem, intra certam durationem necessario occurrentem,
 das Ansehen/ Beschaffenheit/ c). Sic Sara παρὰ καιρὸν ἡλικίας
 i.e. praeter aetatis rationem peperisse dicitur Hebr. xi. II. d)
 Interea istaec vocabuli acceptio multis adhuc locis, ex A-

C. 2. Eronomia.

- a) Quæst. xxxv. pag. 66.
- b) Ad verf. 1. c. III. Ecclæs p. 617.
- c) Sic describente ARISTOTELE libro IV. Physic c. XVI.
- d) Vtri versio noua latina omnino rectissime reddidit; quo & me-
 rito καιρὸς σύνω Marc. XI, 13. refertur. Qui locus alias cu-
 riosae magis, quam vtili disquisitioni ansam dedit, & tu-
 tissime sic explicari posse videtur, si dicimus: Christum, qui-
 dem sicut folia habentem, inuenisse, nullam vero sicum rati-
 onem; gleich als hätte er / da er doch wohl wegen der Zeit
 gesolt / gar kein ansehen / Beschaffenheit und Schein zu sei-
 gen gehabt ic. cur vero prius Servator suam infinitam po-
 tentiam demonstrare maluerit in responſione hac gravissima

stonomia, Chronologia petitis, &c. collustrari posset, si hec modo permitteret ut. Notat insuper καιρός integrum noui foederis periodum uti quidem II. Cor. vi, 2. a) & Hebr. ix, 10. statum διορθώσεως, h. e. τῆς τε Χριστοῦ παρουσίας τε μέλλοντος διορθώσεως ταῦτα ē τὸν ἀληθινὸν, ύπενυματικὸν λαζαρίαν ἐπεισαγαγεῖν, b) imo de futura aeternae vitae ratione, vbi non amplius illi ἀρχήμοδος κινήσεως κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὑσερον erit, adhibetur. Nec vix alia voce incomprehensibilis haec & aeterna vitae ratio exprimi potest, quae CHRYSOSTOMO vocatur c) καιρός τε σταθμός tempus i. e. status, ratio coronae aeternae, opponitur que καιρός τε σαδίος stadii, siue curriculi, i. e. temporalis; eodem plane modo, quo apud THEOPHYLACTVM iudicium post demum temporis istius caduci occursum commode vocatur καιρός κρίσεως. Ut ita tempus nihil aliud sit, quam futurus ille & periculosus in tempore status, indoles der Zeit und Welt Lauff, αἰών τε κύρως, Eph. ii, 2. hominum in Ecclesia genius, qui illorum animas vrgere atque flectere solet; quandoquidem omnia secula genium habent, qui mortalium animos in certa studia solet inflectere.

xii. Pos-

v. 14. aiens: non amplius quisquam ex arbore ista comedat, quam in inquisitione suam omniscientiam, id contextus non modo docet, sed & Deo semper liberum est, in quo inunque voluerit momento & quacunque creatura, suam infinitam potentiam hominibus communstrare.

a) De hoc loco ita THEOPHYLACTVS p. 369. ποῖος καιρός ἐν πρόσδεκτος; δι τῆς χάριτος, ἐν ᾧ ἀφετοι ἀμαρτιμάτων καὶ διαιτωτικός χαρηγός. ετοῖς δὲ δεκτὸς καιρός, ἐν ᾧ δέχεται ἡμᾶς ὁ Θεός, καὶ ἐπανειποῖαν καὶ σώζει, i. e. quodnam tempus acceptum? gratiae, in quo est remissio peccatorum iustitiaeque subministratio; istud & tempus acceptum, in quo nos Deus recipit, exaudit & seruat.

b) Ut denuo THEOPHYL. habet p. 959. & OECUMENIVS p. 841. tempus aduentus Salvatoris nostri vocat.

c) Tomo v. Homil. xix, p. 120.

xii. Posset tamen heic quis sequentem formare quæstionem : an non, & quando istius temporis exspectandum sit complementum ? Verum verba haec propheticō ore, per Spiritū S. afflato, prolatā sunt ; quare & eodem, vt recipiantur & intelligantur, necesse est. Quia non frustra ibi dicitur, *erit tempus*; non, *veniet*, quod sicuti venit, transiet, quasi

fertur ab immenso *temporibus* turbida coelo,

omnia mox quatiens, mox venit atque perit ;
sed & cum duratione erit omnino eiusmodi tempus futurum
donec ipse huic Deus terminum forte dabit. Talis autem
terminus heic non aequē prostat sicuti alibi & in illa Iaco-
bi egregia prophetia Genes. XLIX. 10. vbi adest, nempe *do-*
nec veniet Schilo. Praeterea quoque tempus hoc alibi in
plurali a) indicatur cap. III, 1. & heic in singulari ; quod
ideo cum notabil ampliatione non solum, sed & ampliori
cum ipso tempore *evangelio* intelligatur. Nam eiusmodi va-
ticinia, quae annexum habent terminum, prout quidem an-
te citatum, solent cum appropinquante isto, semper fieri
in effectu suo clariora, quasi efficacius se hominum animis
atque oculis commonstrantia. Quare & illa ex aduerso,
quae simpliciter ponuntur, itidem cum tempore insequen-
te maiorem suam debent monstrare hominibus veritatem,
modo ut ubique vaticinii Dominus depraedicetur eiusque
verbū, quod non pereat prius, quam coelum & terra &
omne tempus & duratio pereat. Patet id insuper ex ipso
locutionis Paulinae nexus & temporis ratione, quae cum

C 3

ho-

a) Tempora molesta & difficultaria, ex quibus se difficulter quis expe-
dire valet, aut quomodo se gerat, propter talium ingeniorum
in tempore viventium, monstra, istorum mores & studia, vix
tutum consilium capere potest ; hinc bene GROTIUS ex CI-
CERONIS ore vocat *tempora formidolosa* &c.

hominum indole tunc erat pessima; ideo non dicit, *eīt malum tempus*, sed potius erit tempus *pessi* no hoc nostro longe adhuc peius. Probat id ipsum perpetuus totius ecclesiae consensus, pruritus puta *vitiū* succreuisse magis cum ipso tempore, quam decreuisse vñquam. Unde & expresse vocantur vltimorum dierum *καιροὶ χαλεποί*, cap. III, i. *tempora molesta grauia*, nec minus saeva adspicuntur horribilia, ac illi Matth. VIII, 28, *δαιμονέσθμενοι χαλεποί*.

xiii. Est itaque praesens morbus non viius anni aut seculi, sed plus, quam alias ex arte appellandus chronicus; cuius nunc respicere libet interiore pariter & exteriorem constitutionem. Quod priorem attinet, vnde omnis prurigo aurium scaturiginem sumit, dicit Apostolus ita: erit tempus, ὅτε τῆς οὐρανίσθνησι διδασκαλίας εἰν αὐτοῖς ται, i. e. iuxta versionem veterem: *cum sanam doctrinam non sustinebunt*; moxque additur exterior mali facies, ἀλλὰ κατά τας ἐπιθυμιας τας ιδιας έπιστεψεως διδασκαλίας, *κανθάρους τὴν ἀνονίαν*; sed auribus prurientes, iuxta BEZAM, *ipſi ſibi pro ſuis cupiditatibus coaceruabant doctores*. Vbi paulisper verba a sacri textus nexu immutantur, id quod etiam gallica versio & anglicana facit; verum cum nullus ferme ex veterum codicibus idem faciat, nec causa alia ejusmodi immutationem vrgeat, libet eundem cum ERASMO retinere: *erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed iuxta concupiscentias suas coaceruabant ſibi doctores, ii, quibus pruriunt aures*. Incipit ita instar boni medici Paulus ab interiore malo sive illo, quod maxime Christianorum communione num. IV. soluit, vt praeter grauitatem eius, tutiorem curationem doceat: quae sane ibi non incipiat, vbi in superficie externa etiamnum optima morbi pessimi, intus latens, facies est. Quibus malis externis justo citius curatis, mox periculum inferius & grauius fit, & incurabile proorsus.

Qui p pe

Quippe homines in doctrina fidei minus firmi & sani, ceu
sunt prurientes, nunquam non tegere optimis moribus va-
lent suam infirmitatem, modo tandem ita ad datam vsq; oc-
casione reseruare sciunt num. ix. vbi demum ad peius
„num. v. procedunt, vt B. LVTHERVS inquit: a) malum fi-
„dei in optimis moribus facit haereticos, superbos, schis-
„maticos, quos scriptura proprie impios hebr. reschaim;
„vocat. Mali mores peccatores faciunt, salua fide, saltem
„aliorum h. e. non impugnat fidem, et si eam sciunt se non
„habere & debere, ideo sunt facile curabiles. Malum au-
„tem fidei mox etiam criminatur & persequitur fidem alio-
„rum, vt suam statuat.

xiv. Et hi quidem prurientes interius sunt quos μὴ αὐτοὺς
ζορας τῆς ὑγιανότητος διδασκαλίας vocat textus, & hanc caput ii,
8. ad Tit. λόγον ὑγιῆ sermonem sanum. Διδασκαλία quidem
quoad originem & varios significatus apud scriptores euol-
uenda est b), quae hoc loco praeter ea num. iv. dicta, iux-
ta Rom. xv. 4. II. Tim. iii, 16. est ipsa sincera Christi do-
ctrina sive institutio in genuino & sano sensu ex sacris lite-
ris collecta, & in articulos seu capita breuissima contra hae-
reticorum corruptelas digesta, vt F. C. c) bene vult, Debet
autem haec passim cum ἐπεγειρόμενοι διδάσκοντος οὐ τῷ μαρτύρῳ
esse coniuncta, prout scite dicit IUSTINVS MARTYR, sicque
ad fidem non solum directa, sed & vitam ipsam, perinde
ac καὶ τὸν διδάσκαλον innutriens esse τοὺς λόγους τῆς πίστεως καὶ διδασκα-
λίας I. Tim. iv. debet. Vnde & apud scriptores ecclesiastici
cos haec vox integrum disciplinam ecclesiasticam indicat,
secundum quam in Christiana communione num. iv. doce-
tur,

a) Tomo 1. lat. fol. 373.

b) Conf. Scriptores, praesertim Ecclesiastici.

c) Pag. 632, vbi & causa prostat, cur antiquitus collecta sit haec
doctrina in certa capita sive articulos, Conf. F. C. Praefat.

tur, creditur & vivitur, heterodidascaliae i. Tim. i. 3. oppositam; plura SVICERVS in voce διατάγη habet. Imo ipse Apostolus doctrinam hanc vocat *fundamentum firmum τὸ θεῖον* *quoad fidem*, quam in resurrectionis articulo labefactare conatus fuerat Hymenaeus cap. ii, 19. *cum quoad vitam*, quam idem sermone suo insano corrumpere cooperat. Ex quo ipso fidei ac vitae fundamento deinceps Apostolus cap. iii, γνωτον suum contra veritatis hostes, qui perinde ut Iannes & Iambres sint ἀρχαιοὶ κατεφθαρμένοι τὸν ιερόν, αδικίου περὶ τὴν πίστιν, quoad hoc fundamentum; inque versu 10. cum singulari emphasi pergit: Σὺ δέ, ο Τιμόθεε, παρηκολεθῆνας με τὴν διδασκαλίαν affecutus es cum animi intelligentia, amentiae istorum hominum opposita, id quod contra Erasmi interpretationem notetur, *doctrinam meam*, & quapropter *vitae meae rationem*, *propositum*, *fidem*, *lenitatem*, *charitatem*, *tolerantiam* velut *veros doctrinae sanae fructus adsecutus es*. Valet enim semper, quod vulgo ac verissime dicitur: *vbi male docetur aut creditur, ibi pessime vivitur.*

xv. Quemadmodum vero omnium Christianorum corpora sunt membra corporis Christi *num.* i. vt unum corpus, siue sint *Apostoli*, siue *Prophetae*, siue *Doctores* & *Potesates* i. Cor. X, ii. 27. constituant: ita διδασκαλία haec in certis articulis tam arcto nexu cohaeret, quam digitorum partes inuicem coaptatae sunt a) & esse debent, vt unum fidei & vitae corpus exhibeant. Indicat hanc unitatem in textu nostro locutio numeris singularis, ceu bene alibi LVTHERVS monet b), quam Apostolus iubet esse ψυχὴν σανα, estque metaphora petita ab illis, qui *vivunt mortes*, corporis sanitate gaudentes, optimo salutis nostrae medico IESU

CHRISTO

a) Ita B. Io. MVSAEVS loquitur in introd. c. 111, 30. p. m. 363.

b) In Postill. parte 11, fol. m. 464. a.

CHRISTO teste, ἐχεῖαν ἔχοντας, Luc. v, 31. Quare & illi, qui hosce sanos articulos cum forma sanorum verborum F. C. a) habent, ex merito sani audiunt. Dicitur exinde homo Dei cap. III, 17. ἀριθμός perfectus, integer, sanus seu quidem SVIDAS isthaec vocabula componit, ac certus, non dubius, puta in rebus fidei ac vitae occurrentibus vellacatis, vel tristioribus non impar, sed omnibus par ac idem, sumto ex arithmeticā b) vocabulo, ad omne opus bonum & fidei & vitae εὐηγέρτευσ. Quod insuper vocabulum Chirurgico Medicum, petitum est a luxatis membris in loca sua restituendis. Nam vti vnicus in manu articulus, si malo quodam laborat, ipsam manum & corpus integrum afficit; sic vel vnicus doctrinae Christianae articulus, prutiginis viatio affectus in malum crescit pro habitudine semper peius c). Et sane quotiescumque in oculos verit egregius hic Apostolus.

D

Ali locus,

- a) Pag. 707. vbi dicitur: *Tutissimum est juxta Pauli admonitionem 1. Cor. I, 10. formam sanorum verborum non minori diligentia, quam ipsam sinceram doctrinam, firmiter retinere: qua ratione multis non necessariis contentionibus ansa praeceditur.*
- b) EUCLID, in element. VI 1. defin. 6. Vbi ἀριθμός ἀριθμός numerus par est ο διχαδιαιγμένος; cui opponitur περισσός numerus impar, de qua emphasi arithmeticā occasione alia dicendum erit; interea hoc respicit OECVMENVS quando ad nostrum loc. dicit: "Ἀριθμός ἐστιν, ο ἀριθμός τοῦ, μὴ τε τοῖς λυπηροῖς κλίνουμενος καὶ ταπεινούμενος, μὴ τε τοῖς χρησοῦ ἐπαιρεμένος καὶ φυσικούμενος, ἀλλ' ἀριθμὸς ὁ τοῦ ἔχων ἐν πάχυμαν διστού, ι. e. perfectus est, qui semper idem, neque rebus tristis plebitur οὐδε deprimitur, neque rebus secedis effertur, οὐδε inflatur, sed sibi semper, in rebus etiam diffinis efficitur, similis est.
- c) LUTHERVS in Comment. ad c. v. Gal. folio. Wenn du Gott in einem Artikel verläugnest / so hast du ihn gewißlich in allen verläugnet; denn er läßt sich nicht theilen / sc.

lilocus, venit autem saepius, tories in mentem & oculos ipsos
recurrat priuia solidae institutionis exemplar, quod fidelis fidei
ac vitae Theologus quondam in Acad. Ienensi ad canitatem
meritissimus, praeceptor meus, ac fere parens in cineribus
venerandus, FRID. BECHMANNVS priuatim saepius & publi-
ce in suis lectionibus futuris ecclesiae ministris sedulo co-
gitandum exhibuit.

xvi. Quan vis ita suis articulis cohaerentem doctrinam,
ad obtinendum finem, in voluntate Dei situm, adaequatam
sufficientem & perfectam adeo statuamus, ut non aequi
necessitatem cum THEODORETO aliud quoddam accuratius
fidei exemplar querere alibi, acsi tale a Paulo olim Timo-
theo datū sit a): nihilo secius iam Apostoli tempore sat per-
uersus hominū geniū ab illa, cū longius adhuc recessuris,
describitur. Quando dicitur: *εἰν αὐτοῖς ταῦτα οὐκ εἴπειν*, non sublineebunt
sanam haec doctrinam. Quod vocabulum amplum signi-
ficatum habet, indicans tales homines ex CLEMENTIS
mente b) *αὐτοῖς τὰ αἴσθητα*, qui vēl primae
veritatis dogmata docentes audire & sustinere nolunt, vel
auditam veritatem, & antea probatam, & in se bonam,
ex malo affectu suo & exemplo reliquunt, cū illi omni-
no pessimi. c. IIII, 2.3.4. solebunt, imo hanc, tanquam molestam
suisque desideriis num. vi, grauem judicant, dicentes El. XXX.
10. *videntibus, nolite videre, & apicientibus, nolite aspi-*
cere, quae recta sunt; loquimini nobis placentia, videte
nobis errores. Sic pertaesī fiunt nonnulli sanae doctrinae
euangelicae, & vt onus habent, eique amplius assentiri
nolunt Sirach. XXI, 22. Alii *voluptarii* sunt, & ex animiluxu-
ria ferre illam nequeunt, vt Sapiens dicit. Alii ex impati-
entia

a) Con. DORSCHEVSI in Dissert. de recta Studii Theol. conformi-
tate & B. GERHARDI Epist. Dedicat. Tom. II. Loc. Theol.

b) Stromatum vii, quo cum consentit CHRYSOSTOMVS:

entia corripiem in porta odio habent Amos v. 10; idquod
sane extremae morum corruptionis initium, insanabilis ma-
litiae indicium, & via expeditissima ad extremum exitium
est. Porro alii aliquod singularis iudicij donum iactitant
num. v. αλάχοντες, οπηράνων gloriofi, superbi facti, mox alios
despiciendo, veritatem ipsam abiiciunt, inclarescendiq; sem-
per, maiori prurigine flagrant; si quando vel ingenio pol-
lent, quo mire errores suos colorare, veritatemque noua-
rum inuentiuncularum circulis turbare sciunt, spernentes
omnia, quae prius, planius & verissime dicta sunt, veluti
leuia, vnde nota, nec ad finem suum num. i. adaequa-
ta; vel memoria alii valentes, corradiunt omnia, vnde
cunque petita; & taliter vana ratiocinia aliis obtrudere conan-
tur, qualiter ipsi ignorant. Tandem hi omnes inquieti fiunt
i. Thessal. iv, II. τὸ ἴδια, res suas & negotia, a Deo man-
data, agere & operari desinunt, ad aliena protenus
pergentes, curiose agunt, in ordinate se gerunt, II. Thess.
III, 6. oblivious esque τὰς παραδόσεις, doctrinas veras,
quas edocti sunt num. III, malunt ipsi docentes esse,
quam discentes num. II. vt vt cum inquieta conscientia con-
traque diuinam institutionem, quia sic in messes alienas
properant, & quidem tanto citius & audacius, quo plures
linguas verminosas num. v. g. suis similes offendunt, siue ta-
les ad eandem insanabilem malitiam faciles. Hi deinceps
patroni existunt, inque partes suas trahunt alios, qui ve-
ritatem Christianorum; communionem num. xv. ampli-
us sifferre nolunt, potius innouatam doctrinam, & talem
ad externam speciem compositam, exoptant, flagitant, do-
nec omnes, propriis desideriis inhaerentes, pereunt. Etenim
talis pruriens aurium morbus fit tanto grauior, quo a
malo magis remotus videtur, exterius nimirum variis &
pietatis & eruditionis speciebus resplendens; ubi intus in-

D 2 terim

terim in viscera furens, data occasione cum maximo, & prorsus insanibili impetu prorumpit.

xvii. Verum enim vero vt naturalis prurigo a particulis *num. vi.* salino-fixis, pungentibus, in cute ab aliis tenacioribus retentis ortum trahens, inaequalitatem cutis pruriginosam facit, & impuritates exhalat, indeque vicinas partes inficit: ita aures prurientes heic diu latere nequeunt, *etiam*, vt Apostolus pergit, *sibi ipsis pro voluptatibus coacervant doctores*; vbi hi auribus prurientes, non solum ab ipsis denuo *num. v.* distinguuntur, sed id ipsum etiam *exterius* malum nobis nunc pluribus considerandum exhibitur. Est autem vocabulum *πιθυλα* alias generale, inque nouo foedore vel *absolute* positum, sensum & bonum habet *Luc. xxii, 15.* & malum *I. Petr. iv, 3.* vel *in constructione*, vbi porro *objēctū* denotat, quoties adfixas habet praepositiones *regi* vt *Marc. iv, 19.* & *iv. Phil. 15, 23.* si vero adhaeret substantio cuidam vel adiectivo, vti *h. l.* tunc denotat *subjectū*, huiusque *naturam*, *qualitatem*, *causam*, ceu quidem *I. Petr. iii, 3.* *Epist. Iudei v, 18.* *Tit. ii, 12.* *Col. iii, 5.* & alibi. Quae *πιθυλα*, praecipue hoc ultimo sensu sumtas, si in effectum abeunt, iuxta *CHRYSOSTOMVM* triplicem admittunt speciem a), & sunt vel *φυσικαὶ* *πιθυλα* cupiditates adeo *naturales* & *necessariae*, vt animal perimant, si istis non expleatur; aliae *τὸν πιθυλα* *non necessariae sunt*, quas b) *τὰς οἰκουμενικὰς* carnalia cupiditates alibi dictas, truncare quidem homines, ast prorsus exseindere non possunt, diuque Paul. Gal. v, 16. dicuntur tales, quae concupiscunt aduersus Spiritum, inque hoc illorum homine in hanc illamue malitia speciem magis aestuant, & ideo tertiam speciem cupiditatum constituant, quas S. Paulus ad Tit. ii, 11. *κοσμικὰς* *πιθυλας*, & *περιττας* laudatus autor vocat.

a) Vti *CYRILLVS* vult Homil. 74. in *Ioannem*.

b) De adoratione libro i. pag. 19.

vocat. Et istae sunt, quae a) discentes quomodo cunque
a fana doctrina abducunt e. g. auaritia, deliciae; tum ea
homunciones, quae veritatis doctoribus subministrare de-
bent, necessaria detrahunt, suis tantummodo mundanis
rebus inherendo, querelas contra hos instituunt, siveque
avaritia ducti, debitam mercedem & victum denegant,
vel rixis & contentionibus perpetuis molesti illis existunt,
vitaque ipsa priuant. Hinc P̄aulus vocat cupiditates ^{181as}
sat notanter cum articulo, quasi *illas proprias domesticas b)*
vel innatas n. v. vel aliunde appropriatas. Insuper in textu
nostro *modus externi* istius impetus indicatur per ^{xadō}; qua-
si ita dominans existat, ut integrum hominum naturam,
impune alias agentem, immutet, nouosque istos, sed non
meliores, faciat; vnde non possunt non ita inquieti per-
verse agere, & complures eodem malo afficere, nisi in tem-
pore curatiua illa remedia *num. viii, ix.* adhibeantur. Imo
ipſi inter somnia sua quasi marcescentes paulisper exi-
tati, juxtaque praescriptas *indicationes curatiua* in carita-
te & lenitate admoniti, sibi incurabiles videntur. & quod
saepius audimus, vix se posse a suis desistere cursitationibus,
aliisque *num. xv.* conatibus, fatentur c).

D 3:

xviii.

- a) Ita solet H̄ESYCHIUS τὸν θεόν per δίκαιον explicare.
- b) Quo merito referimus illas, quae i. Tim. iv. describiuntur, cupiditates.
- c) Hinc magius quidam nostro aeuo Theologus, saepius ita exclamat: O der armen Leute! welche so oft lauffen/ da sie nicht gesandt! und weil sie sich so angewöhnet/ auch endlich von Gott und hoher Obrigkeit gesendet werden/ vergessen sie ihrer Schäfflein/ wollen nur endere Ichien/ immer lauffen/ welches denn eben das Geräthe der thörichten Hirten wird/ Zach. x., 15. die in dem Lande erwecket// das Verschmachte nicht besuchen/ das

Der

xviii. Postquam igitur semel prorupit malum, mox pergit viterius; nempe a sanis doctoribus itur ad infanos, & verminosos num. v. id quod tria indicant vocabula: *sibi coaceruabunt doctores.* Vbi ἐπιστρέψοται, deriuatur a σωγός, quod aceruum e. g. spinarum apud SVIDAM notat, vnde σωγεῖν aceruare vel aceruatum onerare a), sic ἐπιστρέψειν, c. a. aceruare doctores suos dicuntur homunciones inquieti. Non enim uno & altero magistro contenti sunt, sed alios super alios, sine temporis secundum prius & posterius, locorum, aliarumque circumstantiarum, alibi obseruandarum, ratione inducent, nec non malorum aff. Etiam num. xvi, & sententiarum, instar spinarum, cumulum semper adaugent, &, quod dolendum est, simul quasi thesaurizant sibi iram in diem irae Rom. 11, 5. Cumulant sibi aptos suis cupiditatibus doctores & magistros iuxta HILARIVM b), iisdem novis desideriorum doctrinis num. v. aestuantes. Videtur insuper hoc vocabulo Apostolus respicere ipsorum, ita coaceruatorum ministrorum vilitatem, temeritatem, & minus solidam doctrinam; quia illi, qui colligunt, tales sunt c) Hinc necessario tales colliguntur, quales ipsi idiotae pro veris habent ministris, ut securius iterum & relinqueret.

Zerschlagene nicht suchen / das Zerbrochene nicht
heilen / und das Gesunde nicht versorgen &c.

- a) Ut HEROD ANVS libro IV. Λιβαίῳ τες βασιστες ἐπωρεύειν.
- b) Libro x. de Trinitate, vbi & hunc nostrum locum adducit.
- c) Perbelli THEOPHYL. p. 828. Τὸ αἰδιάκειτον πλῆθος τῶν διδασκάλων διὰ τὴς ἐπιστρέψεων ἀδήλωσε, καὶ διὰ τὴν ὑπὸ τῶν λαῶν χειροτονεῖσθαι, εἴδεν κατὰ λέγον ποιέντων, ἀλλὰ τὴς συντρέχοντας τοῖς ἔστων ἐπιθυμίαις, καὶ τὰ πρὸς ιδονήν αὐτοῖς καὶ λέγοντας οὐ ποιέντας, τέτος χηρουνέντων. Quod idem fere OECUMENIUS sentit l. c. quando eosdem Doctores, ita collectos, τὸ αἰδιάκειτον πλῆθος, temerariam & promiscuam turbam vocat.

quere queant pusillanimes magistellos, vbi cunque tandem
hi duriora prædicare audent; imo, vt citius repellant
misellos authoritate, *propria*, sibi ex collectione & conuoca-
tione arrogata, terreant facilius & remouant ab officio
tutius; II. so wurdum ein Handvoll Geristen so viel Vöses
begangen! Hinc & didactas, istos in plurali numero exprimit
Apostolus, indicans, quasi tales falsos ministros, etiā complu-
res, propria autoritate conquisitos, tantum præstare in tan-
to malo non posse, quantum vel unicus alias, rite vocatus n. II.
præstare omnino valeat.

XIX. Neque tamen excludendi hic sunt doctores muti,
sive libri, quos eodem modo sibi cumulare solent *prurientes*. Sicut enim διάδημα, Graeci, notante REINESIO a)
adpellant ubi, quando, & quo eventu res acta fuisset, Latini
doceri, agi, edi: ita & per διδασκαλία indicari libros, a
doctoribus emotos, metonymice, quis negat? Solent ita-
que auribus prurientes eosdem sibi cumulare libros, indeqne
fine omni distinctione sibi ea colligere in tanta linguarum
manuumque prurientium num. v. multitudine, quae noxi-
ua tantum sunt & periculosisima. Talis enim cur-
rentis seculi gangraenosus genius est, ut plures inde sibi sa-
pere videantur quam maxime, si res per se claras vel *natu-
rales*, vel, quod abominandum, *reuelatas* argumentulis vna-
decunque petitis, & sermocinationum flosculis nouis aliter
peruadere dissentibus valeat: vnde mirum non est, si *pru-*
rientes *autres prurientium* scriptis tantum adhaereant.
Hinc, quasi equis ille *admissarius* apud Ecclesiasti xxii. 6.
faciles in vitae ac fidei doctrinis, mox dubii sunt,
& insani num. xv. tandem, vt præceptores sui
subannatores, in omnibus veritatis partibus existunt,
quas

a) In Lib. II. varia. Lectionum p. m. 475.

quas rident iuxta hunc locum , ita à Luthero expressum : Wie der Schellhengst / ἵππος εἰς ὀξεῖαν, schreyet gegen alle Mähren/ also hänget sich der Heuchler an alle Spötter / und spricht: Warum muss ein Tag heiliger seyn / denn der ander / so doch die Sonne zugleich alle Tage im Jahr macht? i. e. omnes quasi dubias reddere volunt veritates, nec antiquissimarum amplius *veritatum num.* XIII. amant doctores , sed odio habent convitiis proscindunt als Postillanten / Schul - Lehrer ic. malunt nouos, equos tales *admissarios Schellhengsten* a) istorumque opiniones sequi ; quorum primus calumpniator diabolus iam vndiq; terrarum integra alit stabula. Quare optandum omnino esset , vt eiusmodi libri vel penitus remoueantur , vel distinctius committantur typo , vel curatissime permittantur legentibus , qui *tautōis, sibi ipsi* tales colligunt doctores vel viuos vel mortuos. Recte enim BEZA b) vocabulo hoc dicit singulare quid significari, *istos colligentes*, nimirum *idiotas, sibi suae perniciei & exitii fieri instrumenta* adeo , vt, porro inquit , ne *ipsa quidem salus ipsos possit seruare*. Et quemadmodum etiam propter peccata terrae multi principes eius Proverb. xxviii, 2. graues sunt terrae. conf. Hol. viii, 10. quem locum non incongrue hoc referre videtur HUGO Cardinalis : ita non minus

a) Quibus verbis bene addit LUTHERVS : Ist Meister Klügel / der will in der Schrift scharff seyn / und fraget / warum solches und solches gelehret seye? Warum der Tag heilig / und jener nicht heilig? Warum das Wasser eine Tauffe sey der Seelen? Warum Brödt und Wein müsse Christus Leib u. Blut seyn? Vnde Prurientium & Nouaturientium animus cognoscendus est, semper incertus, vagabundus, & inquietus in omnibus veritatibus *huius tantum ratinunculis adhaerens, nec DEI vnquam veribus ac voluntati fidens.*

b) In Notis ad N. T. fol. m. 485.

nus hi male coaceruoti verbi ministri, imo & libri, malis
 erunt grauissimi. Perbelle etiam **BEDA** pios omnes alloqui-
 tur l.c. p. 755. *Cauete, inquiens, timendo & orando, ne irru-
 atis in illud aenigma SALOMONIS a), vbi mulier insipiens
 & audax inops panis effecta, conuocat prætereuntes di-
 cens: panes occultos libenter attingite & aquæ furi-
 uæ dulcedinem. Haec enim mulier vanitas est impio-
 rum, cum sint insipientissimi, aliquid se scire opinantum,
 sicut de ista muliere dictum est, inops panis efficitur. Quae
 cum sit inops i.e. cum sit ignara veritatis, promittit sci-
 entiam veritatis. Occulos tamen panes promittit, quos
 dicit libenter attingi, & aquæ furtivæ dulcedinem, ut
 ea scilicet libertius & dulcius audiantur & agantur, quae
 palam in ecclesiae disci credique prohibentur; ipsa quippe
 occultatione condunt quodammodo nefarii doctores sua
 venena CURIOSIS, vt ideo se existiment dicere aliquid ma-
 gnum, quia meruit habere secretum, & suavius hauriant
 insipientiam, quam putant scientiam, cuius prohibitam
 quodammodo furantur audientiam propter illicita atque
 punienda secreta. Mulier illa non solum insipiens, verum
 audax etiam nuncupatur. Haec mulier insipiens & audax
 sub Christiano vocabulo tot scelestas haereses condidit,
 quot nefandas fabulas finxit: utinam tales, quales aduer-
 sum Deum singere potuisse sic illam doleainus insipienti-
 am, vt miremur audiam &c. Cum igitur proprio ausu,
 astu & astu agunt tales cumulantibus, mirum non est, si quando
 hi ipsi μυσταὶ τῆς ἐπιτῶν κεφαλῆς ἐπισῳεύοντες κόλασιν,
 vt loquitur **CHRYSOSTOMVS** epist. xcvi. aduersus caput
 suum paenas coaceruant, quin imo sibi ipsis τὸ πῦρ τὸ ἀσθεσίον,
 ignem inextinguibilem cum doctoribus suis, ita prurientibus,
 veluti spinarum ῥωγοῖς, congerant.*

E xx. Vo-

a) Prou. x. 17. conf. GIEERVE in Comment. p. 451.

xx. Vocantur ideo omnes eius gene ris homines ex merito κυνθέμενοι τὸν ἀνὸν, α κυνθέν scalpere, fricare, titillare pruriatum mouere, item irritare, ad iram provocare &c. idem quoque est, ac νεῦ iuxta veteres glossas & lexicographos, ad quos lectorum remittimus. Vnde prurientes vocantur, vel quia ab aliis tales, vel a proprio vitio num. v. facti sunt, & effetti adeo tristes & abominabiles in ecclesia produnt. Nec tamen hoc loco praetereunda est alia metaphorae istius enodatio, quam BALSAMONIS a) verbis annotare, & quales isti homines sunt, indicare non piget, quando dicit: οὐδὲν τὰς αἱρεῖς καὶ πολακεύοντες, αἵτι λόγοις απατηλοῖς θεῖς ἀκοὰς αὐτῶν φένοντες, καὶ γαργαλίζοντες. Τέτοι εἰς μεταφοράς τὸν ζώων ἐλπιτα. Τὰ γαρ ζῶα καταφύμενα καὶ κυνθέμενα χεστὶν αὐθεώπιν γαργαλίζονται καὶ χειροῖς τη γίνονται: i. e. auribus pruritum facientes & adulantes pro veris fallacibus aures eorum oblectantes & titillantes. Hoc sumum est ex metaphora animalium, Animalia enim demulsa, & manibustitillata, hominum voluptate quadam afficiuntur & ciceruntur. Sicuti vero animal tale, etiam cicur alias, inter omnia, quae ad farturam & creandas adipes conferunt, ferocius factum & inmansuetum, ceu quidem in porcis saginatis videmus, qui eum tantummodo in finem demulgentes iam macellariorum manus & verba sentiunt, ut gulæ istorum culter & commodius & citius adplicetur: ita sane homunciones isti instar porcorum, inter exquisita recordiae & quaecunque dictorum malorum genera a linguis prurientibus aequa, ac seipsi saginati & probe mulciti, tandem, citius & periculosius deieicti, pereunt. Ideo etiam notandum vocabulum est ἀνὸν, quo sibi ipsis viam & portam quasi ad tantum malum pandunt homines, & talem notat sensum, qui cum visione

a) Ad Canonem Lvir, cod. Eccles. Afric. p. 669.

visione inter praecipuos est a) & ad doctrinam Christiam percipiendam requiritur, tanto quidem magis, quo & saepius & curatius adhiberi debet b); quare etiam pro instrumentis sensoriis nempe auribus ipsis Marc. vii, 35. non sine emphasi ponitur. Quemadmodum enim sensuum istorum organa, omnem prorsus hominum artem c) ac rationem excedentia, mire adeo composita sunt, ut vel levissimo pulvrisculo, aut fluoris, etiam naturalis acrimonia laceratur, saltet impediatur, quo minus officii suis fungi debite valeant: ita in audiendis videndis cœlestibus doctrinis acriores illae pruriginis particulae sunt, perfricandoq; magis laedunt, nocent. Notat porro *āion sermonem, concionem, prædicationem* ideo, quod haec talia auribus percipi debent Ioh. xii, 38. Rom. x, 16. 1. Thess. ii, 13. Vnde denuo quis dicat, homines tales non modo sibi esse perditioni & exitio, sed idem quoque, ut in aliis promoueant, cordi omni modo habere; ut igitur tali morbo affecti non sibi ipsis solum molesti sint, sed & aliis, imo toti ecclesiæ Christi molestissimi. Nam loquaces sunt, etiam cum indignatione ut plurimum, docere volunt sermocinationibus, concionibus institutis, ad veram quasi reducere ecclesiam Christi alios ipsi seducti auident; quibus cunctis tantum inest virus, ut facile ecclesiae Christi membra reliqua arripiatur & morbida reddat. n. v. Fi-

E 2 unt

- a) OLYMP. cap. i. Ecclesiastæ p. 607. dicit: κυριόταται καὶ βασιλίδες ἐστὶ τῶν αἰθητῶν καὶ λογικώτεραι αἰκόνη τῆς ὄρασις.
- b) Id quod GREGORIUS NYSSENVS orat. xl. pag. 205 bene exprimit.
- c) Conf. Oculus *Θεονον* h.e de Visionis organo & ratione genuina B. STVRMI egregia exercitatio, habita Altorfii anno c. 15 LXXX; nec non doctissima dissertatio, dicta *Auris Θεο-δέντος*, quam D. Io. SCHIMEDIVS, Theologus Helmstadiensis & Philosophus consummatissimus, Patronus meus honorissimus, olim Ienaë, Respondente Dn. Ernesto Henr. WELTZIO, habuit an. c. 15 15XCVI.

unt *irrati* omnibus, qui audire volunt, aut meliora edocti, resistunt, & tales quidem sunt ob internam pruriginis constitutionem *num.* xiv. Habet denique vocabulum hoc *significationem famae* Matth. iv, 24. Marc. i, 28. cap. xiii, 7. Vnde & homines isti *gloriosi* sunt & *elati*, sua tantummodo iactitantes dona, quasi extraordinaria, aliorum despicientes, ut *vulgaria* & *plebeia*, eaque apud alios variis modis rident, quibusuis contumeliis, scommatibus afficiunt ^{a)} indeque magis *fama* & *auribus* prurientes sunt; & sunt ita non vnius, sed diuersi furfuri, pro diuersis cuilibet in haerentibus malis, hucusque recentiti homines furfurei. Quare istos generatim *describere* libet, quod sint, qui ex diuina institutione *num.* ii. audientes esse deberent; sed vel ex innato *num.* v. vel aliunde accepto stimulo inquieti *num.* xvi. sunt, sanamque fidei ac vitae doctrinam in bene ordinata ecclesia audire & sequi nolunt; potius sequentes propriam *doctrinam*, sic ex variis causis *num.* xviii. xix. quas intendunt, ipsi insani existunt, ad ecclesiae maximum detrimentum & ad ipsum prurientium damnum.

xxi. Prout vero infinita malorum diuersitas, nec minor istorum grauitas est, vnde *pruritus* vitium originem sumit; ita *effectus* eius recensere, infinitum fere opus dicendum: libet ideo praecipuos tantum indicare, ne limites tractationis nostra transgredi videamur. Possunt autem ex dictis hucusque abunde cognosci diuersi admodum ejusmodi homines; praesertim ex proxime antecedenti numero colligimus illos varie *delicatos* & *fastidiosos* *spiritus* ^{b)} quos bene exprimit LVTHERV in Catechis. mai. p. 428. dicens:

„qui

a) Hieron. ad Ezech. xxxii, 32..

b) De hoc malo, quod *āndia* vocatur Conf. Viri summe Rennerendi Dn. D. MARI, Collegæ ac Patroni optimi Oeconomiam Iudiciorum N. T. Tom. I, Cap. xx p. 339.

„qui simul atque vnam & alteram concionem audierunt,
 „protenus saturi sunt correptique nausea, verbum fastidiunt,
 „ut pote, qui ipsi illud probe calleant, nec egeant magistro
 „aut doctore amplius. Hæc enim verbi Dei nausea & fa-
 „stidium ipsum illud peccatum est, quod inter mortalia
 „peccata hactenus numeratum, diciturque *annida*, hoc est
 „*cordia & taedium*, odiosa profecto & damnosa pestis,
 „qua diabolus hoc tempore multorum perstringit pectora,
 „ut nos oscitantes opprimat, ac verbum Dei iterum nobis
 „clanculum subtrahat.“ Quia ita *sanam doctrinam* sequi
 amplius nolunt, eandem admoniti, gravioribus saltem auribus
 & cum indignatione audiunt; quae non nisi varios mo-
 uet affectus, *iracundiam, dolores, tristias*, istae mox
 erumpunt in contumelias nouas, approbia & furores:
 vnde homines *χαριτολαι*, *αεινακ molesti* tibi ipsis fiunt & alii,
temporaque, ob crudeles hosce mores, faciunt *num. xii*, per-
 quam *molestia, formidolosa*, vt fideles doctores aequae acci-
 scipuli quo modo se gerant amplius, aut expedit, vix tutum
 consilium capere queant. Sunt porro alii, qui Athenen-
 nientium more nimis curiosi sunt, & nulli rei magis vacant,
 η λέγει τι καὶ διάνει καινότερος Actor. xvii, 21. Evidem non
 omnis curiositas, quae suos habet in rebus humanis egre-
 gios vius a), in Theologicis *num.vi*: reicienda est b): potius

E 2

Sruator

a) Sic e. gr. *VLPIANVS TYRIVS* ille e. criniorum principibus &
 doctissimis Juris-peritis prius, ita dictus a Lampridio in *euero c.*
xv. ob *curiosas & crebras quaestiones* quas assidue in viis deambulan-
 tium, bibliopolarum officinis & in balneis promouebat, *κατέκερος*
 vocatusfuit; quod moris habebat appositarum nihil comedere *πεινήν*
 ήτείν *κατεῖ*, ή *εκεῖται*, *καὶ πέ κεῖται*. antequam omnium epularium,
 vbi extarent, aut legerentur, inquisuisset. Conf. *ATHENAEVS* in
 argumento operis exrestit. *CASAVBONI*.

b) Conf. doctiss. dissertation Biga Dn. D. RECHENBERG IT, Li-

Seruator quoque noster in discentibus requirit *scrutinium*
 aliquod Io. v. 39. in Propheticis scriptis adhibendum; quae
 ideo unicam regulam & normam constituant, secundum
 quam omnia dogmata, omnesque doctores aestimari & ju-
 dicari debent a). Vbi insuper cauendum, ne id omne dete-
 standa contagione *securitatis*, *praeumptionis*, ex eodem
 promanentis fonte, corripiatur b); quippe alias aeternita-
 tem fert Beroensium laus, interque istos *ivtevestigav*, *gene-*
rosorum, quando hi praesertim Actor, xvii, 10. omni aui-
 ditate animi diiudicasse leguntur scripturas, siue ex mu-
 tua collatione veram interpretationem scrutantes, vt BEZA
 non ineleganter exprimit, an haec, quae ab Apostolo pro-
 ponebantur, vel nondum prorsus audita, vel non satis di-
 finite percepta, ita se habeant? Idem quoque laudabilis
 curiositatis studium post Apostolorum tempora, ecclesiae
 patres in suis auditoribus desiderasse, vel ex unica illa epi-
 stola IUSTI MARTYRIS ad Diognetum c) patet. Reuiciendum
 contra h. l. est istud lentum & mortiferum virus, nempe *cu-*
riostatis studii scrupulosum, quo homines res, quae nec in S.
 Scriptura reuelata, nec creditu, factu aut speratu ad salutem
 sunt necessariae percontari satagunt, ostentandi ingenii &
 famam venandi gratia suscepimus, quod diuinitus interdi-
 cimus, periculosum, temerarium & plane inutile est d).

xxii. Cuncti hi benesintiunt, quod τὸ κατατεκνῦ τὸ λόγος
 ἐργα τὸς αὐτὸς i.e. iuxta II. Macc. xv, 39. apparatus sermonis
 delectet

psiae habit. de malesana & sana in Theologia Curiositate
 Dissert. II. aphor. I.

a) F. C Epit. pag. 521. & solidā declaratio. p. 632.

b) Form. Conc. p. 396.

c) Continetur haec Epistola egregia, & h. l. maxime notanda,
 inter opera IUSTINI MARTYRIS fol. m. 381.

d) D. RECHENBERGIVS in Dissert. I. citata.

delectet aures ; quare & *garruli* fiunt, nimirumque sibi fidentes, miro verborum nouorum splendore, suorum tantummodo scripta extollunt, suaque propria, dum se ad sermonis apparatum totos componunt, fata & somnia iactitant. Adulatores fiunt, qui suis suauiloquiis & quorum verborum cunque obsequiis, etiam superiorum aures opulent; ne illos, qui meliora, saniora, certissimaque veritatis dogmata proferunt, audire amplius valeant. Fiunt *exploratores* iniqui actionum omnium, in illis praesertim, qui rite ad ministerium vocati, docent. Hos contemnunt, conuiciis & opprobriis, non ex fraterna illa adhortatione num. ix^o, excipiunt, si modo boni velint esse Pauli discipuli, sed nomine malorum principium & exitum publicis doctoribus hisce adscribunt, cumque his deliramentis & vitiis ipsi delirare non raro incipiunt, muscas multas immitentes auribus, ut bene loquitur Hvcō ; imo ipsi doctrinarum suarum incerti, in diuersas inuicem partes abeunt. Hinc originem habet omnis in ecclesia confusio, das Schwärmen, vbi cuncti suas aures a veritate auertunt, easque ad fabulas conuertunt, & tales inueniunt, qui, vt ingenue Excellentiss. & summe Reuerendus ex B. Luthero D. Maivs noster, Collega ac Patronus meus Honoratissimus loquitur, *aures fricant a*). Vnde ex pruritu hoc, veluti ex pestifero morbo, multi in ecclesia, imo integras christiana communiones, *Fanaticismo* inficiuntur, & *Atheismo* ; qui doctrinis suis, doctorumque suorum coagervatione num. xviii, Dei voluntatem omnem turbant, postea relicti cupiditatibus suis, num. xvi, iterum a Deo relinquuntur, ut *haeretici* & *schismatici* &c. fiant, sicque in infinitas partes abeundo & sine Deo vivendo tandem pereant : quisquis enim,

qui

a) In Dissert. de Iudicio Dei antea laudata p. 24.

qui sic transgreditur, nec manet in doctrina Christi, Deum non habet. II. Ioh. vers. 9.

xxviii. Ex cuius etiam, tam grauissimi mali, intuitu iterum Apostolus suum Timotheum *vigilare in omnibus* jubet, *perferre, opus peragere Euangelistæ*, qui *ministerii sui plenam fidem faciat* vers. 5. Quae verba cum *nun.* VIII. conueniunt, & non possunt non singularem affectum, morbi grauitatem, eiusque certitudinem & periculum indicare certissimum. Est enim notabile admodum vocabulum *νύχτη vigila*, instar militis sobrii, qui inter excubias in omnes plaga mundi prospicit, siue vigila, ut medicus prudens, attentus, perspicax solet: nam ad istius modum *ηφάλιον ἐναντίον διαρτίσαι*, sacerdotem & quemcumque ecclesiae doctorem vivere oportet a). Venit heic in mentem inclytæ Facultatis nostræ Medicæ sigillum b), quod draconem, animal

a) Ita CHRYSOST. de Sacerd. vige
b) Est hujus emblematis ingeniosi omnino inuentor B. D. MEN-

ZERVS senior, Theologus vndique celebratissimus, qui sub fundatione LUDOVICIANÆ nostræ ad Cancellarium tunc temporis IO. STRVPPIVM a Gelnhäusen propria manu explicationem in schedula, quam mecum habeo, exhibet, & petit, ut addatur huic emblemati, quæ forsitan ornatum augere possent. Explicationem ipsam Menzerianam adponere non piget: In hoc, inquit, draco depictus arboream frondem ore teneat, & pedem unum defixum habeat in horologio siue clepsydra, cum adscripto memorabili verbo: *Nύχτη*. Eleganter haec imago ostendit, fontem omnium morborum, & remedium geminum. Astu enim infernalis illius draconis, siue serpentis, seducti primi parentes peccarunt: & per peccatum mors intravit in mundum fuitque omnis morbi causa, qui sunt praeparatio quaedam & via ad mortem. Cui malo vñica illa verae vitae arbor, surculus ex radice fesse

Saluator

vigilantissimum, perpicacissimum & sagacissimum refert; ex cuius rictu exseritur surculus pomi arboris cum adhaerente fructu, dracone ipso pedum alterutro clepsydram premente, ac coronam in capite gestante: vt hoc signo medici allicantur ad studium suum, laboribus inexhaustis vrgendum, ad vigilantiam, sobrietatem & prudentiam, quae hoc ipsis vocabulo^{wifc} indicatur, colendam. Vbi pariter etiam quaedam adumbratio in dicta effigie exhibetur, imo causa primaeua morborum & pathematum corporis humani, vitaeque nostrae fragilitatis & fugacitatis. Qualem seriam meditationem tandem corona vitae sanctioris, quam terrenatam coelestis, excipiat.

xxiv. Liceat nunc ex vaticinio, hucusque exposito, certas formare conclusiones dogmaticas, & praecepit tales, quas inde a Reformationis Lutheranae tempore, a prurientibus maxime impugnat legimus. Nam quod Romanam attinet ecclesiam, integra, tunc quasi vermbus tanti mali depastum corpus, videbatur adeo, vt difficulter liberari possent membra praecipua, ne dū exigua a malis eiusmodi affectibus seruari, ceu ipse testatur PIVS II. Papa Romanus ad CAROLVM VII. regem Gallia scribens: *Vnum a te petimus, Cariſſime fili, ut DOCTORIBVS, aſſediſ Apostolicae non ſemper cre-*

F das,

Saluator noster & coelestis medicus IESUS Christus, mederi potest: in eius manu vita nostra est, qui numerauit omnes dies & horas vitae nostrae. Deinde debet accedere sobrietas & temperantia, quae optimum remedium est humanae vitae. Monentur igitur medici, vt remediorum suorum efficacem & salutarem vsum a DEO petant, in eiusque gloriam artem suam dirigant, & eadem ad humani generis salutem legitime vntantur.

a) Ita perpetuo legit Pontificius scriptor IO LAVNOIVS, vir doctissimus, & inter Parifinos theologus quondam celeberrimus in Epift. 308.

das, multa illorum PASSIONIBVS tribuas. Per quas passione
 sane nihil aliud intelligendum venit, quam quod ipsum hue
 vsque in docentibus aequae ac discentibus notauiimus. Imo i-
 psis Romanae Ecclesiae praesulibus & fallaces aures semper
 adfuisse & linguas pruriens, infallibiliter certum est, & ex
 praesente delectorum Cardinalium testimonio certo certius
 constat. Nam isti Cardinales infallibile scilicet caput suum
 PAVLVM III in ipso Concilio an. Reformationis seculi
 XXXIX. praeter morem aperte sic alloquuti sunt: *Nonnul-
 li Pontifices, tui Antecessores, PRVRIENTES AVRIBVS, ut in-
 quid Apostolus Paulus, conseruauerunt sibi Magistros ad
 desideria sua, non ut ab eis disserent, quid facere deberent,
 sed ut eorum studio & calliditate inueniretur ratio, qua li-
 ceras id, quod liberet. Iude effectum est, praeterquam quod
 principatum omnem sequitur adulatio, ut umbra corpus,
 id quod num. XXII. indicauimus, difficillimusque semper fuit
 aditus veritatis ad aures principum, quod confessim pro-
 dirent Doctores, qui docerent, Pontificem esse dominium
 beneficiorum omnium, ac ideo cum Dominus vendat id,
 quod suum est, necessario sequi, in pontificem non posse cade-
 re simoniam. Ita quod voluntas pontificis, qualisunque
 ea fuerit, sit regula, quacius operationes & actiones dirigan-
 tur: ex quo procul dubio offici ut quicquid libeat, id etiam
 liceat. Ex hoc fonte, sancte Pater, tanquam ex equo Tra-
 jano irripere in Ecclesiam Dei tot abusus, & tam gravissime
 MORBI, quibus nunc conspicimus eam ad desperationem
 fere salutis laborasse a). Integrum transcribere placuit locum
 ut constet quantum inter Romanenses valuerit hoc tempore
 pruriginis vitium, & quam ideo difficile fuerit laudatissimae
 Reformationis, cuius nunc per Dei gratiam celebramus me-
 moriam, opus! sed ad conclusiones. Notamus 1.) verbū illud:
num.*

a) Tom. II, Epist. p. 61.

n. ix. quod Paulus heic praedicare iubet, sanam esse, & ipsi-
fimam internam Dei voluntatem, IEsu Christi & Spiritus
S. opera per ministros, ideo conuocatos, num. ii. literis man-
datam, vt norma sit, secundum quam omnia dogmata, o-
mnesque Doctores aestimari & diiudicari debent. Vnde
ii.) necesse est, vt in ecclesia diuersa sint membra, ceu in
humano corpore, alia nempe dirigentia, seruientia alia,
sive ut secundum eandem voluntatem sint docentes &
di-
scientes. Ut autem hi omnes sciant, quid docere vel discere
debeant, Deus iii.) certam hanc fidei ac vitae normam n.
iv. in verbo diuino fundatam, non tam externis notis profes-
sionis inter homines, quam quidem certis signis volunta-
tis suae erga nos A. C. p. 13. sive sacramentis, ad fidem exci-
tandam & confirmandam, quasi muniuit. Quae iv.) o-
mnia, tanquam vinculum ad salutem aeternam necessari-
um, integrum in terra Christianitatis corpus continere de-
bent, ad omnem temporis durationem num. xii. vna cum
integra sana doctrina num. xv. Sunt equidem, qui doctri-
nam hanc in xii. articulos diuiserunt F. C. pag. 488, alii ali-
ter (nempe in puros & mixtos, vel fundamentales, eos-
que in primarios, qui cum salutis fundamento immediatum
nixum habeant, vel secundarios, & denique in non fun-
damentales) id quod perinde est, eodem saltu manente
fidei ac vitae fundamento, praesertim a) ad ipsam Dei
primam voluntatem relato. Quippe alias temper pruri-
entes in vnu habent, vt articulos non fundamentales pri-
mo aggrediantur, iisque turbatis, etiam dubios reddant
alios, mox secundarios & fundamentales ipsos cum prima-
giis omnibus plane turbant. Patet hoc ex Hymenaei exem-
plo, voluntati Dei contrario, & ex ipsa experientia, quae B:
Lutherum & nos hucusque fecit certissimos.

F 2

xxv.

a) B. BEIERS in Theol. Posit. p. 63.

xxv. Evidem talium hominum a Lutheri tempore; plenam per omnes articulos iam recensitos, historiam conscribere potuissimus, indeque illorum quasi in circulum redeentes errores diabolique astutum colligere; quia hic nunquam maior fuit, quam in pulcherrimo hocce doctrinae senioris propagandae cursu: a) sed breuitatis studium id omnino impedit. Dicit nimur ibi beatissimus vir: Lasst uns wohl merken / daß dieses des Teuffels eigen Art und Gewenheit ist / wo er nicht kan schaden thun mit verschögen und verstorben / da thut ers aber / daß er es will anders harten / und besser machen / denn es Gott selbst gemacht hat / und haben will. So thut er ihm jetzt und zu diesen unsern Zeiten auch / verfolgt uns mit Gewalt und Tyranny / auf daß / wenn er uns mit dem Schwerdt ermordet / und vertilget hät / er alsdenn das Evangelium nicht allein verdunkeln / sondern zu Grund und Boden ganz und gar umstürzen möchte: hat aber dennoch Gott lob nichts damit ausgericht. Wohl hatte er viel fromme Leute ermordet / um der Erkäntniß des Evangelii willen / darinn sie als die Helden fest gestanden sind / und frey bekennen / daß diese unsere Lehre sei / hat aber durch solch vergossen Blut die Christenheit nicht vertilget / sondern vielmehr gedüngt und fruchtbar gemacht. Nun aber der schalckhaftte Geist wohl sicher / daß er mit solcher Weise nichts ausrichten und ändren kan / erweckt er falsche ehrer / die anfänglich unsere Lehre billigen und sie mit uns einheiliglich lehren / darnach aber sagen sie: Wir (Lutherus cum suis) seyn darzu berufen / daß wir das erste anheben / die Christliche Lehre lehren / und den Grund legen solten sie aber haben die Offenbarung der rechten Geheimniß in der

a) Tomo iv. lat. Ienensi fol. 488, a.

der Schrifft / und seyn darzu berussen / daß sie
es der Welt eröffnen / und erst hinaus führen
solten. Also verhindert der leidige Satan das Evangelium zu benden Seiten / zur rechten und zur linken / da er gleichwohl zur rechten mit seinem Harem und Bessermachen viel grössern Schaden thut / denn mit verfolgen und morden zur linken. Hinc & LVTHERVs nostrum
vaticinium ad suum refert , & GEORGIVS MAIOR ^{a)} ad Isu-
um tempus. Et D. ERASMs ALBERVS qui fuit LVTHERI disci-
pulus & eius defensor perpetuus ^{b)}, ad Anabaptistas & Carl-
stadii socios refert. Perinde vt LVCAS OSIANER ^{c)} dicit :
pruritus aurium hodie in Germania efficit , ut multi multo
libentius audiant Cinglianum aut Semicinglianum , aut
errorem Schwenkfeldianorum , vel idiotam Anabapti-
stan , quam sincerum Evangelii ministrum. Hic aurium
pruritus olim in Papatu auxit fabulas de purgatorio , de mi-
raculis sanctorum , qualia in legendis describuntur. Quia
concionatores intelligebant , auditores suos fabulis misifice-
delebari , sed utroque Deus coecitate puniuit. Non poslu-
mus ita non id ipsum , vi num. XII. ad nostra periculosissima
referre tempora , quibus a Lutheru intra 200: annos idem
quidem errorum pruritus vel centies in vnum rediuit cir-
culum , & hodie miserrime vrget ecclesiam adeo , vt tan-
dem in Atheismum , qui certissimus prurientium effectus est
num. XXII. concidere incipiat. ^{d)}

F 3:

xxvi.

^{a)} In Comment. ad h. I.^{b)} Fuit Superintendens quondam Neobrandenburgicus , qui edidit libellum , wider die verkehrte Lehren der Carlstader in 8.^{c)} In Comment. dh. I fol. 675.^{d)} Quo spectant illae spurcissimae paginae , teclo nomine & loco ,
sed procul dubio ex orco ipso profectae superioribus num-
inis cum titulo ; de Deo , mundo & homine in 8.

xxvi. Cedant itaque, quia a voluntate Dei longissime recedunt isti, qui sibi propriam fidei ac vitae normam praescribunt *nun.* *xvi.*, a voluntate Dei plane alienam *nun.* *iv.*, nempe ex *immediatis reuelationibus & verbo suo interno*, quod externo , literis consignato in *Sacratissimo Codice*, praefuerunt. Fuerunt ejusmodi homines tempore *LVTHERI* *die huminischen Propheten* a) Anabaptistae b) Schwenkfeldiani, & illi , qui in Papatu reuelationes & visiones *Marianas* iactant, c) hodienum eius generis muscas in auribus habentes, vndique musitando, vagando, delirando complures circumvolitant, quos heic nominare aequa ac adscribere piget. d) Expedit autem ad ejus generis reducendos homines, si modo possunt, vt praenotemus i.) sermonem non esse de eo, ac si externo verbo etiam conjugendum sit internum siue

- a) Tomo *ii*. Ienens folio *35.* & *59.*
- b) *LVTHERV* Tomo *1*. Witteberg. Germ. folio *328.* seq Refendum hoc quoque est egregium MStum de istis hominibus, und wie es mit der Münsterischen Belägerung ergangen / id quod possideo , & proxima occasione publicare libet.
- c) Conf. ineptus & iniuriis multis refertus libellus *Historischer Betrag für das 2te Lutherische Jubel- Jahr 2c. von P.Io.KRAVS e Soc. Iefu sic dicta & pastore cum licentia superiorum, & quidem, quod stupendum, contra Caes. Majestatis mandatum, anno 1715. clementissime promulgatum, hoc anno editus in 8vo. p. *22. 23. 29. 48. 86.**
- d) Conf. collection of Propheticall Warnings of the eternal spirit, in 8vo. Item Erfahrungs - volle Zeugnisse einiger in Gott verbundenen Freunde von der verhafteten Inspirations-Sache/ an statt einer Buchstählchen Apologie ab Anonymo edit. 1715. Est tamen mira apologiae locutio ; weil da sie ja ebenfalls in Buchstaben verfasser / ihr dennoch Glauben behaupten werden soll / 2c. Vnde constat , homunciones istos verbum diuum, literis consignatum, tantum non curare, quantum suo verbo interno fidunt; ideo mira videtur absurdaque haec tituli ratio aequa, ac praeferentia inanis.

ue spiritus notitia, vt id, quod extrinsecus in verbo legitur, auribusque percipitur, etiam in corde fiducialiter debeat percepiti, sentiri; hoc enim nemo sanae doctrinae doctorum negabit; nec 2.) de interna Spiritus S. opera, quam ipsi magnificamus, loquimur; sed de testificationis modo, an nimis rur talis praeter & extra id verbum externum deture e.g. corporis agitatio, inspiratio, effatum a) propheticum, seu oraculum? 3. Sermon non est, de quibusuis reuelationibus & instinctibus, vt bene monet B. MISLERVS noster b), extraordinariis a Spiritu S. proliberrima eius voluntate non nunquam immediate profectis; sed de ordinario, cunctis Christianis obvio, illo reuelationis modo in rebus fidei, iustificationem, salutem aeternam nostram concearentibus: an in hisce verbum aliquod internum solummodo audiendum, & reuelatio immediata exspectanda sit, praesertim ab eiusmodi hominibus, qui facti sunt inquieti num. XVI, & protinus ab ecclesia ipsi recedunt?

xxvii. Ad quaestione hanc respondemus negando, & quidem 1.) quod Apostolus PAVLVS, iam morti vicinus, num III, per vaticinii modum num. X, futurum ecclesiae & temporis ipsius statum num. XI, exponens, intanta hominum prurientium malorumq; occurrentium diuersitate ac prauitate, quam se ipse non ignorare cap. III, I. dicit, talem immediatam reuelationem exspectare non iubet suum Timotheum, multo minus verbum ibidem internum cum neglegatu exterioris λόγος ζώντες θέση καὶ μένοντες εἰς τὸν αἴωνα c). Potius

- a) Conf. Celeb. Hallensium Theologi IOACH. LANGII nobis tigen
Unterricht von unmittelbaren Offenbarungen aus Gutber
finden der gesamten Theologischen Facultät daselbst verfaßt
an. 1715. in 4to.
- b) In erudita Dissertatione de συναρτείᾳ τῷ πνεύματι ad Rom
VIII. 16. heic Gissae habita anno CIC LXVII.
- c) Petri, I. 23, collat. cum v. 25. ibidem, ubi p̄n̄ia dicitur.

tius 2.) vult, ut doctrinam *num. IV.* sanam, quam rotanter
 $\lambda\gamma\mu\sigma$ vocat, solummodo praedicet *num. VIII.* sic praedicando
 urget, tanquam Euanglista *num. XXIII.* vigilet;
 nullibi vero aliud verbum, i. $\lambda\gamma\mu\sigma$ exspectare aut sequi iubet
 a) quam $\tau\delta\ \eta\mu\alpha\ \kappa\omega\beta\epsilon\iota\alpha$ ex aeterna eius voluntate *num. I.*
 profluens b) quasi Phison Ecalest. c. *XXIV.*, 34. id quod
